1419. H. 15

PARALLELI S. BIBLIORVM,

Hoc eſt,

DEMONSTRATIO OCVLARIS, QVOD PLVRIMA QVAE VNI SOLIQVE DEO COMPETVNT ETIAM HOMINIBVS ET ALIIS CREATURIS *per accomodationem rectè tribui poſſint, ex ipſis S. vtriuſque Teſtamenti Scripturæ fontibus deprompta.*

Contra Sectarios omnes huius ſeculi.

EX QVIBVS MVLTA, QVAE HODIE *contr[illegible]ntur, rectè intelligi & dirimi poſſunt.*

Nunc primum in lucem editi per R. D. FRANCISCVM AGRICOLAM, Eccleſ. Sittard. Paſtorem, & Conc. Suſterenſis Decanum.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Kinckium, ſub Monocerote.
ANNO M. DC. XVI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
SOCIETATIS IESV

H-19-H-15

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO PRINCIPI.

FERDINANDO,

DEI GRATIA, ELECTO ET CONFIRMATO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI ET PRINCIPI ELECTORI, Epiſcopo Leodienſi & Monaſterienſi, Coadiutori & Adminiſtratori Paderbornenſis, Hildesheimenſis, Berchteſgadenſis Eccleſiarum, Principi Stabulenſi, Comiti Palatino Rheni, vtriuſq; Bauariæ Duci, Ducj Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullionij, Marchioni Franchimontenſi, &c.

P. & D. Clementiſſimo, gratiam perpetuam à Deo per Chriſtum, & ſalutem æternam.

CRiminantur hoc temporè paſſim, Archipręſul, & Princeps ſacratiſſime; & hoſtiliter admodùm calumniantur, proſcinduntque acerbiſſimè; Catholicos, & auitæ fidei alumnos (quos vocant Papiſtas, quia ſupremum in terris Viſibilem Paſtorem ouilis Chriſti; vt decet fideles oues, ex Chriſti mandato, agnoſcunt & audiunt) hæretici, & Schiſmatici noſtri temporis, inter ſeſe licet diſſectiſſimi, ad vnum plerunque omnes, eô quod Dei omnipotentis ſcilicet & vnici Filij eius Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, (vt aſſerunt) tam no-

men, quàm gloriam, honorem, & vir tutem, officiumque non tantùm in Sanctos beatos, & cum Christo æternúm regnantes; ſed etiam in homines adhuc mortales, & peccatores, aut ſaltem peccatis obnoxios, impiè & ſacrilegè transferre non extimeſcant; ideoque non pro veris, & fidelibus Chriſtianis, ſed pro ſacrilegis potius, & blaſphemis idololatris, antichriſtianis, & tantùm non prorſus atheis, iure meritoque habendos; plenis faucibus, contumelioſiſſimè clamare, & aſſeuerare non ceſſant.

Hoc etiam probare, & ad oculum demonſtrare ſatagunt, adducentes ex ipſamet ſacra Scriptura plurima, quę in illa vni ſolique Deo, & Chriſto eius, expreſsè tribuuntur & competunt; quę nihilominus tamen à Catholicis Romanis, cum maxima blaſphemia, & Dei, ac Saluatoris iniuria, (vt clamitant) paſſim, & palam, tam mortalibus adhuc, quàm Sanctis etiam in cęlo cum Deo regnantibus ſine vllo pudore adſcribuntur.

Veriſſima non minus quàm clariſſima quoque primâ fronte apparent, quę

pro

pro ſe allegant, ſacra vtriuſque Teſtamenti teſtimonia: quæ nec negari, nec refutari poſſe putantur illis, qui oſcitanter obiterque tantùm legunt, vel attendunt, quæ afferuntur; quæ autem alibi in eadem ſacra Scriptura expreſsè habentur, vel ignorant, quia nunquam legerunt, vel audierũt; vel non ſatis intelligunt, quia debita cum attentione, non expenderunt; vel cum iſtiuſmodi, & ſimilibus Scripturæ locis, iuſta ratione, non contulerunt vnquam.

Certum enim, & indubitatum eſt, per ipſummet Spiritum ſanctum (qui auctor, & interpres eſt Verbi Dei, & ſacræ vtriuſque Teſtamenti Scripturæ) plurima, (alio tamen & diuerſo ſenſu, impropriè inquam, vel reſpectiuè, aut ſecundariò, vel per accommodationem ſeu participatiuè ſolummodò) tribui, ipſiſmet quoq; creaturis, quę alioquin ſoli & vni Creatori Deo, eſſentialiter, propriè, abſolutè, & realiter duntaxat competunt, & veraciter tantùm, atque æternaliter tribui poſſunt & debent.

Quia verò ipſa, prò dolor, quotidiana experientia teſtatur, per iſtiuſmodi

hæreticorum ſpecioſas, ſed falſas, criminationes, plurimos, maximè ſimpliciores, ad deſerendam Catholicam Religionē, eamq́; abominandam etiam, prouocatos & permotos fuiſſe, & indies magis magiſq;, prouocari & permoueri: nō paucos etiā, ſinceros alioquin Catholicos, perplexos & dubitabundos reddi, ſimul ad defectionem paulatim ſollicitari, qui nunquam legerunt vel audierunt, quo ſenſu & reſpectu, non ſolùm à Catholica Eccleſia, ſed etiam ab ipſomet Spiritu ſancto, in ſacra Scriptura, creaturis plurima, licet longè alio ac diuerſo ſenſu tribuantur, quæ alioquin propriè & abſolutè nō poſſunt, nec debent, vt dictum eſt, niſi vni & ſoli Deo, & Chriſto eius, vnico Saluatori & Redemptori noſtro, attribui: Idcirco vt iam actu ſeductis, & factis hæreticis, non maneat, hoc nomine, ſacrilegæ & damnabilis ſeceſſionis iuſta excuſatio, ſed aliter, & meliora ſentiendi de Catholicis, adeoque citius faciliuſque reſpiciendi ſufficiens detur occaſio: ſimplicioribus autem, & dubitabundis Catholicis vlterioris ſcandali anſa præſcindatur tempeſtiuius: viſus fui operæ

factурus precium non contemnendum, ſi ex vtriuſque Teſtamenti ſcripturis ad oculum probarem, plurima, iuxta ſeſe vel ex aduerſo poſitis, Creaturis, ab ipſomet Spiritu ſancto, ſuó ſenſu & modo reſpectiuè tribui, quæ alioquin propriè & abſolutè ſoli duntaxat Deo, aut Chriſto Saluatori vnico competunt.

Ex iſtiuſmodi antitheſi, & Scripturarum collatione, meridiana luce clarius euadet, quanta fiat Catholicis ab hæreticis iniuria, quàm iniuſtè Catholicos traducant & condemnent, quàm mala etiã fide ſcripturas contra Catholicos allegent, adulteratas & perperam intellectas: è cõtra, quàm iuſtè ac rectè faciant, & orthodoxè etiã ſentiant Catholici, quod S. Scripturæ phraſim, & ſenſum ſectantes, ſoli Deo quod ſuũ eſt tribuant, illique ſoli propriè, abſolutè, & eſſentialiter debetur, & tribui debet; nihilominus tamen alijs quoq;, ſecundùm exemplum, dictamen, & formam expreſſiſſimi Verbi Dei, tribuere non omittant, quod illis à Spiritu ſancto, alia tamen ratione tributum eſſe, euidenter ſatis didicerunt.

Hanc autem qualemcunq; operam, quæ Eccleſiæ Catholicæ, hoc maximè loco & tempore, nec diſplicebit ſpero, nec inutilis erit, & ſimplicioribus maximè Catholicis, contra hæreticorum coloratas quidem, & ſpecioſas, reuerà autem falſas & dolosè confictas calumnias prodeſſe poterit, V. Reuerendiſs. atque Illuſtriſs. Celſ. nuncupare, & dedicare volui, ac debui:

Tùm quia ex Illuſtriſsimo ſanguine, & Ducatu Domoq́ue Bauariæ, multis nominibus in toto Chriſtiano orbe laudatiſſima, orta eſt & progenita, quæ fidem auitam & Catholicam, ab eo tempore, quo primitus per Catholicos Epiſcopos & doctores, diuinitus miſſos, ad Chriſtum è denſis infidelitatis & gentiliſmi tenebris conuerſa fuit, Deo adiuuante, nunquam deſeruit, ſed piè ſemper, & conſtantiſsimè coluit, & poſtremo hoc infeliciſſimo, hereſumq; feraciſſimo ſeculo præ omnibus, ſingulari Zelo, Maiorum veſtigia æmulando, Catholicæ Romanæ fidei, quam S. Paulus tantopere commendauit, (Rom, 1, ver, 8,) ſtudioſiſſima, & obſeruantiſſima permanſit, & ſumma

cum

cum laude, per Dei ſpecialem gratiam, laus Deo, eſſe perſeuerat. Ex qua etiam & in qua, nunquam ſatis laudata Domo & Stirpe Veſtra inclyta floruit, præter innumeros alios, Catholiciſſimus, & pientiſſimus ille, ſanctiſſimuſque Imperator Auguſtus, Henricus, eius nominis ex Coronatis à Romano Pontifice Imperatoribus, primus, in Germania qui à ſeptem Electoribus, recens, diuina clementia ex communi decreto, Gregorij quinti Romani Pontificis, & Ottonis tertij, Imperatoris Auguſti, ordinatis, vnanimiter, in Imperatorem electus, & primùm ab Archiepiſcopo Moguntinenſi Moguntiæ, paulo pòſt Romæ etiam à Benedicto octauo in Eccleſia S. Petri, ipſo die S. Paſchalis, vigeſima quinta Aprilis, Anno Chriſti milleſimo decimo quarto, ſummo cum honore, & gaudio, publicè coronatus confirmatuſque fuit: qui præter alias Eccleſias reſtauratas, Epiſcopatum Bambergenſem & fundauit & dotauit, Regem Hungariæ Stephanum cum vniuerſo ferè Regno ad fidem Chriſtianam perduxit, atque ita piè, ſanctè, & laudabili-

ter vixit & rexit, vt adhuc vitam agens mortalem, ſanctus haberetur. Circa annum verò Domini milleſimum viceſimum quartum, vitam ſuam tēporalem, cum æterna & cæleſti feliciter commutauit, anno Imperij viceſimo ſecundo, vitæ autem quinquageſimo ſecundo, ſepultus Bambergæ in Eccleſia S. Petri, quam ipſemet fundauerat; cuius pretioſam mortem talia ſubſequuta fuêre miracula, quibus Deus, & Catholicæ eius fidei veritatem, & vitæ innocentiam ſanctitatemque, & ſubſequutam cæleſtem, æternamque beatitudinem, ita palam vrbi & orbi teſtatam fecit, vt etiam ab Eccleſia indubitatum haberetur eum certiſſimè in Sanctorum cæleſtium numerum atque conſortium eſſe translatum, ideoque eius Natalis pridie Idus Iulij publicè in Eccleſia & officio diuino, etiamnum celebretur & colatur.

Tùm etiam, qui Reuerendiſſima, & Illuſtriſſima, Sereniſſimaque V. C. á Maternis vberibus hauſtam Catholicam, & auitam fidem, Religionem, pietatemque non ſolùm ab annis diſcretionis mirificè ſemper & feruenter (Illuſtriſ-

luſtriſſimorum Parentum & doctrinam, & exemplum ſequuta) coluit, profeſſa eſt, & quibus Religioſiſſimum Principem decet: ſed etiam per Dei ſingularem, & clementiſſimam prouidentiam, ad illum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ gradum, ſtatumque vocata, & ante biennium canonicè electa, ſimul & inaugurata eſt, in quo non ſolum, pluſquam vnquam aliàs, ex officio tenetur & obligatur, ſed etiam, ſi vllus alius, multis modis & nominibus, medijſque poteſt, laus Deo, Maiorum fidem, & Eccleſiæ Matris Religionē, contra quoſcunque illius hoſtes, oppugnatores, & perſequutores hæreticos, cum alijs, & præ alijs fouere, tutari, propagare, propugnareque, & ſartam tectam conſeruare: quod illam zeloſè, conſtanter, & indefeſsè, quo ad fieri poterit, Deo auxiliante, facturam ſemper, omnes ad vnū Catholici, etiam atque etiam, non ſolùm deſiderant, & optant, maiorem in modum: ſed etiam prorſus, & indubitanter, in Domino confidunt, & perſuaſiſſimum habent.

Tùm denique, vt qui apud meipſum, propter Reuerendiſſimam & Illuſtriſſimam

æternus (Heb. 7. ver. 24.) Epiſcopus inquam animarum noſtrarum principalis. (1. Pet. 2. ver. 25.) & Princeps Paſtorum omnium. (1. Pet. 5. v. 4.) iure Rex Regum, & Dominus dominantium. (Ap. 19. v. 16.) cuius viſibiles Vicarij & Miniſtri tantùm ſunt omnes Pontifices, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Paſtores & Sacerdotes, Reges etiam & Principes, quotcunque & qualeſcunque, qui non ſuopte iure, & propria poteſtate, ſed ipſius tantum nomine & vice in Mundo viſibiliter, ad tempus, & miniſterialiter, regunt & præſunt: Chriſtus inquam Ieſus, Vnicus Redemptor & Saluator noſter, verus Deus & Homo, Reuerendiſſimam V. Illuſtriſſimam Sacratiſſimamque Electoralem Celſit. in annos plurimos feliciter ſoſpitare, in omnibus ſecundum ſuam bonam voluntatem, ad nominis ſui ter ſanctiſſimi gloriam quotidie maiorem, & Eccleſiæ, multis modis, nominibuſque afflictiſſimæ conſolationem, & defenſionem ampliorem, & in dies ſingulos magis magiſque neceſſariam, clementer in omnibus, & ſemper dirigere, ac proſperare; Sathanam etiam,

iam, quantumuis furentem, ſub pedibus eius potenter & velociter humiliare, & conterere (Rom. 16. ver. 20.) atque ita in commiſſo ac concredito ampliſſimo regimine, per aſſiſtentem & cooperantem ſemper gratiam ſuam, adiuuare, & confirmare ad finem vſque dignetur, vt tandem, poſt huius caducæ, icertæ, & fallacis vitæ curriculum, exantlatis fideliter omnibus commiſſis, & debitis laboribus, atque functionibus ſacris, ad præmia transferatur, & Regna cæleſtia, atque ad communionem, conſortiumque beatorum illorum Anteceſſorum in cælis, quorum fidem, & ſanctitatem, pio ſemper, ſacroſancto, & inuicto, laudatiſſimoque zelo æmulata eſt, & ad extremum vſq; vitæ Spiritum (vti non dubitamus) æmulabitur in terris, Angelorum miniſterio, ouans & triumphãs traduci mereatur & poſſit. Ipſi ſit, cum Patre, & Spiritu ſancto, gloria, honor, & imperium, ſimul & gratiarum actio in æterna ſeculorum ſecula Amen. Amen.

Sittardiæ, altera celeberrimæ per vniuerſum orbem Chriſtianum, & apud

pud omnes verè & ſincerè Catholicos, Feſtiuitatis, S S. Corporis Chriſti ; quæ erat triceſima Maij, Anni Salutis, per eundem Vnicum Saluatorem noſtrum partæ; poſt Milleſimum, ſexcenteſimi decimi quarti.

Reuerendiſſ. V. & Illuſtriſſimæ,
Sacratiſſimæq́ Celſitudinis
in Chriſto

Obſeruantiſſimus, obſequentiſſimuſq́ue Cliens, & ſeruus

FRANCISCVS AGRICOLA *Conc. Suſterenſis Decanus, & Paſtor Eccleſiæ Sittardienſis.*

APPROBATIO.

HAc demonſtratione multa Hæreticorum noſtri temporis fundamenta, vti parum ſolida, euertuntur. Quocirca ad eorum conuerſionem, & Catholicorum in fide conſtantiam, vtiliter imprimetur. Datum Lęodij 17. Nouembris. 1612.

Ioannes Chapeauille Vicarius Leod. & librorum cenſor.

DEMONSTRATIONIS OCVLARIS ET BIPARTITAE,

PARS PRIMA:

IN QVA DEMONSTRATVR AD OCVlum, quod multa, quæ ſoli Deo propriè conueniunt, etiam alijs, per accommodationem, in S. Scriptura tribuantur.

CAP. I.

Solus Deus, eſt.

EXOD. 3. v. 13. Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Iſraël & dicam eis: Deus Patrũ veſtrorum miſit me ad vos, ſi dixerint mihi: Quod eſt nomẽ eius? quid dicam eis? Dixit Deus ad Moyſen: Ego *ſum, qui ſum*. Ait: Sic dices filiis Iſraël: *Qui eſt*, miſit me ad vos.

Iob. 14. v. 4. Quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſemine? nonne tu, *qui ſolus es?*

CAP. I.

Etiam alij, & alia ſunt preterDeum.

GEn. 2. v. 4. *Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ.*

Pſal. 8. v. 5. *quid* eſt homo, *quod memor es eius?*

Pſal. 15. v. 3. *Sanctis* qui ſunt *in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.*

Pſal. 24. v. 12. *Quis* eſt homo, *qui timet Dominum, & v.* 16. *Vermis & pauper* ſum ego.

Pſal. 38. v. 8. *Subſtantia mea apud te eſt.*

Pſal. 8. v. 6. Ego *dixi*: Dij eſtis.

Pſal..68.v.21. In conſpectu tuo ſunt omnes, *qui tribulant me, & v.* 30. Ego ſum pauper, *& dolens.*

*Pſal.*88. *v.* 8. *Magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu* eius ſunt.

Matth.6.v.30. Si autem Deus fœnum agri, quod hodie eſt, *& cras in clibanum mittitur, ſic veſtit.*

Declaratio.

DEVS propriè eſt; & ſolus dicere poteſt, ego ſum: quia ſuam eſſentiam & exiſtentiam à ſemetipſo, & non ab alio habet. Angeli autem & homines, atque aliæ creaturæ, etiam quidem sũt, ſed non à ſeipſis, ſed ſuum Eſſe, & exiſtentiam à ſolo Deo habent. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus, vt inquit Apoſtolus Act. 17. v. 28. Et omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ioan.1.v.3.

Obſeruatio.

OBſeruandum eſt igitur, multa in Scriptura Sacra de creaturis quoque dici, ſuo modo & ſenſu, per accommodationem ſcilicet, & communicationem, ſeu participationem; quæ tamen propriè ſoli Deo, & Creatori omnium competunt, & de ipſo ſolo, abſque reſpectu, & abſolutè dici poſſunt & debent; vt latius in ſequentibus eluceſcet: ideoq́, Eccleſiam Catholicã impiè, atque iniuſtè ab Hæreticis criminari, quod ſecuta Scripturæ morem & formam, quædam Sanctis, aut aliis creaturis tribuat, vel accommodet, ſuo ſenſu & modo, quæ tamen propriè ſoli Deo competere non ignorat, ſed ingenuè fatetur, & tribuenda decernit; quemadmodum conſequenter ſuis locis innoteſcet apertius, & clariſſimum euadet.

CAP.

17

CAP. II.
DEVS trinus in perſonis, & vnus in ſubſtãtia, ſolus eſt Deus.

EXod. 20. v. 2. Ego ſum Dominus Deus tuus. Non habebis *Deos alienos* coram me.

Deut.6.v. 4. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, *Dominus vnus eſt.*

Deut.32.v.39. Videte: *quod ego ſim ſolus, & non ſit alius* Deus præter me.

Pſal.85.v.10. Quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia: *tu es Deus ſolus.*

Eſa.43.v.10. Ante me *non eſt formatus* Deus, *& poſt me non erit.*

Eſa.44.v.6. Ego primus, & ego nouiſſimus, *& abſq; me non eſt Deus.* & v. 8. Nunquid eſt Deus *abſque me?*

Eſa.45. v. 5. Ego Dominus, *& non eſt amplius: extra me non eſt* Deus. Et v.14. Tantum in te eſt

CAP. II.
Etiam alij vocantur Dij.

E*Xod.7.v. 1. Dixitq; Dominus ad Moyſen* Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: *& Aaron frater tuus, erit Propheta tuus.*

Exod.22.v.8. Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, *& iurabit, quod non extenderit manum in rẽ proximi.* Et v.9. Ad Deos *vtriusq; cauſſa peruenit: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo.* Et v. 28. Diis non detrahes.

Deut.10.v.17. Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus Deorum, *& Dominus* dominantium.

Pſal.46.v.10. Quoniam Dij fortes terræ, *vehementer eleuati ſunt.*

Pſal.49.v.1. Deus Deorum *Dominus locutus eſt: & vocauit terram.*

Pſal.81.v.1. Deus ſtetit in Synagoga Deorũ:

 Deus,

Dei miniſtri ſint , atque eius, quo ad viſibilem hierarchiam, tam in politicis quam ſpiritualibus, vices gerant, & officium poteſtatemq; exercent, aut perſonam præſentāt, aut verbum ac voluntatem annūciant: aut porrò ei per gratiam & ſanctitatem in hac vita, aut gloriam & claritatem in cæleſti patria ſuo modo aſsimulantur, & diuinæ conſortes fiunt naturæ, & quaſi deificantur ſeu deiformes redditi ſunt, aut magis magiſq; efficiuntur per meritum & gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſicut ſcriptum eſt: Nos vero omnes, reuelata facie Dominum ſpeculantes, in eandem faciem transformamur à claritate in claritatē tanquā Domini ſpiritu. 2. *Cor.* 3. *v.* 18. *Et iterū Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & Chriſti Ieſu Domini noſtri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem donata ſunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit:* Vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. 2. *Pet.* 1. *v.* 4. *Videte,* inquit, *S. Ioannes cap.* 3. *prioris Epiſtolæ, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Chariſsimi nunc filij Dei ſumus: Et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniā cum apparuerit,* ſimiles ei erimus; *quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Huc etiam ſpectant quæ Chriſtus ipſemet promittit: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius:* & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, *& nomen ciuitatis Dei mei noua Ieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo*

lo à Deo meo,& nomen meum nouum. Apo. 3. v.12. Et v.21. Qui vicerit,dabo ei ſedere in throno meo; ſicut & ego vici,& ſedi cum Patre meo in throno eius.

Obſeruatio.

SI igitur homines mortales & peccatores, ob miniſterium,& functiones diuinas,aliaſue rationes,ſine blaſphema & iniuria Dei,Dij vocari poſsunt,& vocati ſunt, vocanturq; in terris,etiã ab ipſomet Deo: quãto magis,iuſtiuſq; Sancti qui ſunt in cęlo & iã immaculati & immortales,Deũ facie ad faciẽ contẽplãtur,& eo magis,quo charitate & ſanctitate ei ſunt coniunctiores,etiam eius diuinitatis & claritatis plenius fiunt participes, & aſsimulantur propius,& in eodẽ regno,& ſolio etiam,quaſi conregnant;ſuo ſenſu, & modo,per comunicationem , Dij vocari poſſunt, vel diui? ſi autem ſancti Angeli,& alij ſancti qui regnant in cœlis; quanto magis & iuſtius ante omnia,Dea vocari poſſet aut ſaltem diua,ter ſanctiſsima virgo, ipſamet inquam Deipara , & Mater Dei,& Domini noſtri IeſuChriſti? Quod enim miniſtris, ſalua fide & Maieſtate , addo & voluntate, Dei, tribui poteſt, & tribuitur in ſcriptura ſacra , quæ ſolui nequit,nec fallere poteſt,aut falli : ecquur multis,& infinitis etiam modis(ſecundum formam,& mentem ſacræ ſcripturæ)rationibusque, ac nominibus, ſacroſanctæ,& ſuper omnes benedictæ Matri Dei, Matri inquam Dei,tribui non debeat ? Si etiã in veteri teſtamento tã ſacerdotes & Prophetæ quam alij politici & ſeculares Principes ſeu officiales, ſuo iure & ſenſu Dij vocati ſunt : quare non etiam , & multo magis in nouo

Teſtamen-

teſtamento? ſi ſeculares, ob ſeculares, Dei nomine & vice, commiſſas functiones in ſecularibus, Deos vocauit & vocat Scriptura ſacra, per Spiritum ſanctum dictata & promulgata; quanto magis, iuſtiusq; Spirituales Eccleſiæ Præpoſiti, & Dei in ſpiritualibus miniſtri, & diſpenſatores, imo & vices, locumq; tenentes, adeoque commiſſarij & legati?

Non igitur peccauit, nec errauit etiam, magnus ille, & S. Conſtantinus, quando, ſecundum linguã & mentẽ ſacræ ſcripturæ ante annos mille ducẽtes, anno videlicet Chriſti 325. Epiſcopos Catholicos in Conc. Niceno congregatos, Deos publicè nominauit: de quo ſic ſcribit Ruffinus lib. 1. Eccl. hiſt. cap. 2. Sed in eo Concilio, inquit, admirabile factum Principis (Conſtantini) non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis Epiſcopi conueniſſent, & diuerſis ex cauſſis diuerſa iurgia detuliſſent, interpellebatur à ſingulis. Offerebãtur libelli: culpæ proferebantur, & magis ad hæc, quam ad id, ad quod fuerat ventum, animos dabant. At ille ſuſcepit à ſingulis libellos, quos ſimul oẽs in ſinu ſuo continens, nec quod in eis contineretur, aperiens, ait ad Epiſcopos: Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudicandi: ideo nos à vobis recte iudicamur: vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudiciũ, vt & veſtra iurgia quęcũq; ſunt, ad illud diuinum referuentur examen. *Vos enim nobis à Deo dati eſtis Dij: Conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos:* Sed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit. Et ideo his omiſſis, alia quæ

ad fidem Dei pertinent, abſque vlla animorum contentione diſcutite. Cum hæc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſſit exuri, ne innoteſceret vlli, odium & ſugillatio Sacerdotum.

Rectè etiam, eodem tamen ſenſu & animo, idem Conſtantinus Romanum & ſummum Pontificem appellauit Deum, vti ex Epiſtola Nicolai Papæ probat Gratianus diſtinctione 96. cap. 7. Si enim Epiſcopi poſſunt Dij vocari, quare non ſupremus Epiſcopus totius Eccleſiæ etiam Deus, ſecundũ mentẽ & exemplum S. Scripturæ, appellari licitè queat? Nec ideo honor ſoli Deo debitus illis vel ſimul vel ſigillatim (ſicut iniuſtè criminãtur hæretici, qui ſuos etiã laicos Principes, diuos appellare non erubeſcunt) defertur: quum nec Pontifex ſummus, Deus, nec Epiſcopi vel alij Eccleſiaſtici ordinis Dij appellentur, alio nomine aut ſenſu, quam quod vnius Dei (qui ſolus, & vnus eſt, natura & eſſentialiter, Deus) Miniſtri, & diſpenſatores ſint, & Deo auctore tali iam olim nomine & appellatione dignati fuerunt, ideoq; non propter ſe ſed propter Deum duntaxat talis honor, titulusque tribuatur, ſed iam olim tributus, delatuſque fuerit. Tales autem Dij, non ſunt alieni, vel Deo contrarij vt contra illos allegari poſſit: non habebis Deos alienos coram me: ſed domeſtici & intimi Dei vel amici, vel Adminiſtri, & in ſua vocatione cooperatores ſelecti.

CAP

CAP. III.

Deus ſolus eſt Dominus.

DEut. 6. v. 4. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, *Dominus vnus eſt.*

Eſa. 42. v. 8. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: *gloriam meam alteri non dabo.*

Eſa. 43. v. 11. Ego ſum, ego *ſum Dominus.*

Eſa. 45. v. 7. Ego Dominus, & *non eſt alter.* Et v. 18. Ego Dominus, & *non eſt alius.*

Ier. 23. v. 6. Hoc eſt nomē, quod vocabūt eū *Dominus iuſtus noſter.*

Amos 9. v. 6. Qui ædificat in cælo aſcenſionē ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciē terræ: *Dominus nomen eius.*

2. Machab. 14. v. 35. Tu *Domine vniuerſorū,* qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc ſancte ſancto-

CAP. III.

Etiā homines vocantur Domini.

GEn. 27. v. 29. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus:* Eſto Dominus fratrum tuorum, *& incuruētur ante te filij Matris tuæ.*

Gen. 33. *v.* 13. *Dixitq́; Iacob ad Eſau fratrem ſuum: Noſti,* Domine mi, *quod paruulos habeam teneros.*

Pſal. 135. *v.* 1. *Confitemini Domino* Dominorū, *quoniam in æternum miſericordia eius.*

Malach. 1. *v.* 6. *Filius honorat Patrem, & ſeruus* Dominum ſuum.

Ioan. 13. *v.* 16. *&* 15. *v.* 20 *Nō eſt ſeruus maior* Domino ſuo.

Rom. 14 *v.* 4. *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?* Domino ſuo *ſtat aut cadit.*

1. *Cor.* 8. *v.* 5. *Nam etſi ſunt qui dicantur Dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: ſiquidem* ſunt Dij multi, & Domini multi.

rum omnium Domine, conſerua in æternum impollutam domum iſtam.

Matth.11.v.25. Confiteor tibi Pater, *Domine cæli & terræ.*

Act.17.v.24. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic *cæli & terræ cum ſit Dominus*, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo.

Rom.10.v.12. Idem *Dominus omnium*, diues in omnes qui inuocant illum.

Eph.4.v.5. *Vnus Dominus*, vna fides.

1.Tim.6.v.14. Seruis mandatum ſine macula irreprehenſibile, vſque in aduentum Domini noſtri, quoniam ſuis tẽporibus oſtẽdet beatus & ſolus potẽs, *Rex Regum*, & *Dominus* dominantium, qui ſolus habet immortalitatẽ,

Epheſ.6.v.5. Serui obedite Dominis carnalibus, *cum timore & tremore.*

Col.3.v.22. Serui obedite per omnia, dominis carnalibus.

1.*Tim.6.v.1. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui*, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, *ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur.*

Tit.2.v.9. Seruos dominis ſuis *ſubditos eſſe, in omnibus placentes, nõ contradicẽtes: non fraudantes vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.*

1 *Petr.2.v.8. Serui ſubditi eſtote in omni timore* dominis, *non tãtum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.*

1.*Petr.3.v.6. Sicut Sara obediebat Abrahæ*, dominum eum vocans, *cuius eſtis filiæ benefacientes.*

& lucem inhabitat inacceſsibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum.

De-

Declaratio.

DEus ſolus & vnus eſt Dominus, quia ex ſeipſo & ſuapte natura eſt Dominus, idque ab æterno & in æternum: abſolute etiam & non tantum reſpectiuè eſt Dominus; cœli & terræ, & totius mundi, atque omnium naturarum eſt Dominus: eſt Dominus dominātium, nulli ſubditus, nullum habens æqualem, nedum ſuperiorem; nullius indigens, omnipotens, immortalis, inuiſibilis; qui omnia creauit, omnia implet, omnia regit & gubernat, omnia habet in manu & poteſtate ſua in quo viuimus, mouemur & ſumus.

Tali modo & ſenſu, nullus eſt Dominus, neque in cœlo neque in terra: Sed omnes tam Angeli quā homines, ſerui tantū ſunt & miniſtri. Domini tamen vocantur etiam, tā Angeli que homines, propter poteſtatem, quā non à ſeipſis, vel ſuapte natura, ſed à Domino Dominorum acceperunt: Domini ſunt homines, non abſolute omnium, ſed reſpectiue tantū aliquorū & ſub poteſtate & Dominio Altiſsimi Domini; nō perpetui, ſed tēporales; mortales nō immortales; non omnipotentes, ſed fragiles & infirmi; qui ſingulis momētis vel deſtitui, ſi Deo placet, vel mori poſſunt.

Obſeruatio.

OBſeruatione dignum eſt, quod licet Deus tam ſerio aſſerat, & tā ſæpè atq; expreſſè proteſtetur ſe eſſe Dominum, & hoc ſibi nomen, & quidem ſoli proprium eſſe, & manere debere: tamen alios quoq;, ſed alio ſenſu, Dominos vocari patiatur, imo etiam pro Dominis agnoſci, haberi, timeri & honorari, illisq; cum timore & tremore debitum ſeruitium & obſequium, propter ſe & ſuo nomine, præſtari velit & ſe-

rioſiſſi-

rioſiſſimè mandarit. Non eſt igitur quod Hæretici & Nouatores, Catholicos calumnientur apud rude vulgus, ſi ſubinde Sanctis, maximè cælitibus, & iam cum Chriſto regnantibus, quædam, aut quoſdam titulos, per communicationem vel accommodationem, ſecundum ſtylum & exemplum S. Scripturæ, & SS. Patrum, tribuant, quæ naturaliter & propriè, alioquin vni ſoliq; Deo deberi non ignorant: nam etiam ipſimet aduerſarij & perduelles Catholicorum, ſibi ſuisq; patronis quotidie maiores & ſplendidiores titulos, Deo alioquin ſoli debitos, deferri patiantur & exigant, & non obſtante, quod Deus ſolus & vnus ſit Dominus, Dominium tamen ſibi, neſcio quale & quantum, vendicare, & ſe quaſi abſolutos Dominos, qui nullos agnoſcant ſuperiores (vt deberent) iactitare & venditare non vereantur. Si in hoc licet, quod Deo alioquin ſoli debetur, & ipſemet ſibi deferri vult, nomen, & titulum diuinum, per accommodationem, & ſingulari ac ſano ſenſu ſibi vel aliis tribuere ſine blaſphemia, vel Dei præiudicio, aut offenſione: quare non etiam in aliis? maximè, quando exempla SS. Scripturæ, & orthodoxorum Patrum habemus in promptu?

CAP. IV.

Solus Deus eſt Pater noſter, atque ita nuncupandus.

ESa. 63. v. 16. Tu enim *Pater noſter*, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos:

CAP. IV.

Etiam homines ſunt Patres, & ita licitè nuncupantur.

EXod. 20. v. 12. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.

tu De-

tu Domine Pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.

Matth.23.v.9 Et Patrē *nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter*, qui in cęlis eſt.

Eph.3. v.13. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, *ex quo omnis Paternitas in cælo & in terra nominatur.*

Eph.4.v.6. Vnus Deus, *& Pater omnium*, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Malach.1. v. 6. Filius honorat Patrem, *& ſeruus Dominum ſuum.*

Malach.2.v.10. Nunquid non Pater vnus omnium noſtrum.

Matth.10.v.37. Qui amat Patrē *aut Matrem plus quam me, non eſt me dignus.*

Matth.15.v.4. Deus dixit: Honora Patrem, *& Matrem: & qui maledixerit* Patri *vel Matri, morte moriatur. Vos aūt dicitis: Quicunq; dixerit* Patri *vel Matri, Munus quodcunq; ex me eſt, tibi proderit: & non honorificabit* Patrem ſuum, *aut Matrem ſuam.*

Io.8.v.56. Abrahā Pater veſter, *exultauit, vt videret diem meum.*

Eph.6.v.1. Filij obedite *Parentibus veſtris* in Domino, hoc enim iuſtū eſt. Et v.4. Et *vos Patres*, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros.

Col.3.v.20. Filij *obedite Parentib. per omnia*, hoc enim placitū eſt in Dn̄o. *Patres nolite* ad iracundiā prouocare filios veſtros, vt nō puſillo animo fiāt.

Heb.12.v.9. Deinde *Patres quidem carnis noſtræ*, eruditores habuimus, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & viuemus?

Declara-

Declaratio.

DEVS eſt Pater omnium: homo tantùm quorundam. Deus ſolus eſt, Deus ſeu Pater ſpirituum. Num. 16. v. 22. & 27. v. 6. homo tantũ Pater eſt, vt cauſa ſecundaria carnis, ſeu corporis. Deus reuera eſt, & propriè pater noſter: quia ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Pſal. 99. v. 3. Qui creauit primum noſtrum parentem Adamum de limo terræ, & poſtea ex eius coſta Euam, primam Matrem humani generis, Gen. 2. v 7. & 22. ipſe deinceps in vtero matris creat vnumquemq; hominem ex ſemine Maris, & ſubſtantiâ mulieris tanquam materia, vt teſtatur, præter experientiam B. Iob. 10. v. 8. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me? Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me & in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Et Mater Machabæorum. 2. Mach. 7. v. 22. Neſcio qualiter in vtero meo appàruiſtis: neq; enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam: & ſingulorum membra non ego ipſa compegi, ſed Mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem.

Parentes verò carnales, propriè nec creant liberos, nec faciunt, ſed tantùm præſtant, ſeu adminiſtrant materiam, ex qua corpus humanũ à Deo per naturam, quando & quomodo illi placet, formatur: ideoq; non homo, ſed Deus propriè principaliter vocari debet, & poteſt Pater: homo tantùm per accidens, ſeu tanquã miniſter & medium ſeu inſtrumentum & cauſa ſecundaria creationis

tionis, idque quo ad corpus tantùm: quò ad animam, quæ eſt nobilior, & præcipua hominis pars, & ſine qua homo non eſt, DEus ſolus, abſque Parentum medio, vel miniſterio, ex nihilo creat, corpore prius formato, & organizato: & ſic ſolus etiam; & proprius Pater dicendus venit, & agnoſcẽdus: id quòd ſaluator vult, quando vetat Patrẽ vocare ſuper terram. Alioquin impropriè, & ſecundariò, (ſicut DEus prima, & propria eſt cauſſa creationis) ſeu vt ſecnndas cauſſas, terrenum Parentem vna cum Matre, poſt DEum, Parentes noſtros, & verè, & licitè vocare poſſũmus, & debemus agnoſcere, ac reuereri etiam, atq; colere; prout DEus expreſsè ſerioq; mãdauit.

CAP. V.

DEVs ſolus bonus.

MAth. 19. v. 16. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciã, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? *Vnus eſt bonus Deus.*

Luc. 18. v. 19. Et interrogauit eũ quidam Princeps dicens: Magiſter bone, quid faciens poſsidebo vitam æternam? DIxit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? *nemo bonus niſi ſolus Deus.*

CAP. V.

Etiam aliis tribuitur bonitas.

GEn. 1. v. 31. *Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: &* erant valde bona.

Gen. 49. *v.* 15. *Vidit requiem,* quod eſſet bona.

Num. 14. *v.* 7. *Terra quã circumiuimus,* valde bona eſt.

1. *Reg.* 29. *v.* 9. *Sic* quia bonus es tu in oculis meis, *ſicut Angelus* Dei.

1. *Par.* 28. *v.* 8. *Cuſtodite, & perquirite cuncta mandata* Domini *Dei noſtri, vt poßideatis* terrã bonam.

Tob.

Tob.12.v.8. *Bona eſt oratio* cum ieiunio.

Iudith.12.v.12. Non vereatur *bona puella*, introire ad Dominum meum.

Pſal. 110.v.10. *Intellectus bonus*, omnibus facientibus eum.

Pſal.146.v.1. Laudate Dominum, quoniam *bonus eſt pſalmus.*

Pro.18.v.22. Qui inuenit *mulierem bonam*, inuenit *bonum.*

Pro.22.v.1. Melius eſt *nomen bonum*, quam diuitiæ multæ.

Eccl.7.v.1. Melius eſt *nomen bonum*, quam vnguenta pretioſa.

Sap.8.v.19. Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum, *animam bonam.* Et *cum eſſem magis bonus*, veni ad corpus coinquinatum.

Eccl.14.v.5. Qui ſibi nequam, *cui bonus erit?*

Ier.7.v.3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: *Bonas facite vias veſtras*, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto.

Matth.7.v.17. Sic omnis *arbor bona, fructus bonos* facit.

Matth.12.v.33. Aut facite *arborem bonam*, & *fructum eius bonum.*

Matth.26.v.10. Quid moleſti eſtis huic mulieri? *opus enim bonum* operata eſt in me.

Marci 9.v.49. *Bonum eſt ſal.*

Lucæ 6.v.45. *Bonus homo de bono theſauro* cordis ſui *profert bonum.*

Declaratio.

DEVS ſolus, à ſeipſo, & eſſentialiter ſemper eſt bonus, imo ipſius natura bonitas eſt, & fons omnis bonitatis. Homo à natura corrupta, & ex

& ex ſeipſo malus eſt. Lucæ 11. v. 13. Bonus autē non eſt, nec eſſe poteſt, niſi per gratiā Dei, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, atque deriuatur, tam in homines & eorum opera, quam in alias creaturas, quatenus bonitas illis tribuitur.

CAP. VI. Deus ſolus Sanctus.

1. REg. 2. v. 1. Non eſt ſanctus ſicut Dominus.

CAP. VI. Etiam aliis ſanctitas tribuitur.

EXod. 3. v. 5. *Solue calceamentū de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas,* terra ſancta eſt.

Exod. 12 *v.* 16. *Dies prima* erit ſancta, *atq; ſolennis.*

Exod. 22. *v.* 31. Viri ſancti *eritis mihi.*

Exod. 28. *v.* 2. *Facieſq;* veſtem ſanctam *Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem.*

Exod. 29. *v.* 29. Veſtem autem ſanctam, *qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum.*

Exod. 30. *v.* 29. *Sanctificabisq; omnia,* & erunt ſancta ſanctorum: *qui tetigerit ea ſanctificabitur.*

Exod. 35. *v.* 2. *Septimus dies* erit vobis ſanctus.

Leuit. 11 *v.* 44. Sancti eſtote, *quia ego ſanctus ſum. Et v.* 45. Sancti eritis, *quia ego ſanctus ſum.*

Num. 16. *v.* 5. *Mane,* inquit, *notum faciet Dominus, qui ad ſe pertineant,* & ſanctos applicabit ſibi.

Deut. 7. *v.* 6. *Quia* populus ſanctus es *Domino Deo tuo.*

Ioſ. 5. v.16. Solue, *inquit*, calceamentum tuũ de pedibus tuis, *locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt*.

2. Reg. 12. v.26. *Cum ſancto*, ſanctus eris.

4. Reg. 4. v.9. Animaduerto quòd *vir Dei ſanctus eſt iſte*, qui tranſit per nos frequenter.

Iudith 8. v.29. Nunc ergo ora pro nobis, *quoniam mulier ſancta es*, & timens Deum.

Pſal. 5. v.8. Introibo in domum tuam: adorabo ad *templum ſanctum tuum*.

Pſal. 85. v.2. Cuſtodi animam meam, *quoniam ſanctus ſum*.

Matth. 7. v.6. Nolite *ſanctum* dare canibus.

Rom. 7. v.12. Itaq; *lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum*, & iuſtum & bonum.

1. Cor. 3. v.17. Templum enim Dei *ſanctum eſt*, quod eſtis vos.

1. Pet. 1. v.15. Secundum eum, qui vocauit vos ſanctum: Et *ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis*: quoniam ſcriptum eſt: *ſancti eritis* quoniam ego ſanctus ſum.

Declaratio.

SOLVS Deus perfectè ſanctus eſt natura, & eſſentialiter, & ex ſemetipſo: ſic nemo eſt ſanctus, & nihil ſanctum dici poteſt. Hinc Scriptura ait: non eſt ſanctus vt eſt Dominus. Sancti tamen etiam dicuntur & ſunt homines, & aliæ quoque creaturæ, non à natura, vel ex ſeipſis, ſed quia à Deo ſanctitatem acceperũt, & ſanctificati ſunt per Ieſum Chriſtum; & ſanctificantur homines in Spiritu ſancto. Hæc quidem fuiſtis, *inquit*, S. Paulus, videlicet homines contaminatiſſimi, & grauiſſimis peccatis maculati: ſed abluti eſtis, *ſed ſanctificati eſtis*, ſed iuſtificati

cati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. 1. Cor. 6. v. 11. *Sanctifica eos in veritate* (*inquit*, Chriſtus in oratione ſua ad Patrem. Ioan. 17. v. 17.) Sermo tuus veritas eſt. Et pro eis ſanctifico meipſum: *Vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.* Sanctus Paulus paſſim in Epiſtolis ferè omnibus baptizatos vocat Sanctos adhuc mortales: maximè tamen, qui per fidem vicerunt regna, & adepti ſunt repromiſſiones. Hebr. 11. v. 33.

CAP. VII.

DEVS ſolus fortis.

1. REg. 2. v. 2. Non eſt fortis ſicut Deus noſter.

CAP. VII.

Etiam aliis fortitudo attribuitur.

GEn. 32. v. 28. Nequaquam, inquit, (*Angelus*) *Iacob appellabitur nomen tuũ, ſed Iſrael: quoniã* ſi contra Deũ fortis fuiſti, *quanto magis contra homines prævalebis.*

Gen. 49. v. 14. Iſachar *aſinus fortis* accubans inter terminos.

Pſal. 53. v. 5. Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & *fortes quæſierunt animam meam.*

Cant. 3. v. 7. En lectulum Salomonis *ſexaginta fortes ambiunt.*

Ier. 9. v. 23. Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur *fortis in fortitudine ſua.*

Matth. 12. v. 29. Quómodo póteſt quiſquã intrare in *domum fortis*, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem.

Lucæ 11. *v.* 21. *Cum* fortis armatus, *cuſtodit atrium ſuum.*

Heb. 11. *v.* 34 *Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladÿ, conualuerunt de infirmitate,* fortes facti ſunt in bello.

1. *Petr.* 5. *v.* 9. *Cui reſiſtite* fortes in fide.

Declaratio.

SCriptura ſeipſam declarat, quomodo ſolus Deus ſit fortis, quia nemo fortis eſt ſicut Deus noſter. A natura ſumus fragiles, lutea vaſa, & ne quidem ſpirare, vel vnico momento ſubſiſtere poſſumus, ſine Dei auxilio, in quo viuimus, mouemur & ſumus, qui ſummè & à ſeipſo æternaliter potens eſt: in quo omnia poſſumus, quæ ſunt neceſſaria, ſine quo nihil valemus facere: ſed & ſubtracta, quam ille præſtat fortitudine, ſtatim collabimur, & in cinerem ſeu puluerem redigimur.

CAP. VIII.

Deus ſolus eſt iuſtus.

2. MAchab. 1. v. 24. Domine DEVS omnium creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus Rex, ſolus præſtans, *ſolus iuſtus.*

CAP. VIII.

Etiam alij verè, & realiter ſunt iuſti.

GEn. 7. v. 1. *Dixitq; Dominus ad* Noe: *Ingredere tu, & omnis Domus tua in Arcam: te enim* vidi iuſtum corã me, *in generatione hac.*

Gen. 18. *v.* 23. *Numquid* perdes iuſtum *cũ impio?*

Pſal.

Pſal.33.v.16. Oculi Domini *ſuper iuſtos*, & au-
eius in preces eorum. Et v.18. Clamauerunt
ti, & Dominus exaudiuit eos. Et v.20. Multæ
bulationes *iuſtorum*.
Pſal.36.v.20. *Iuſti* autem hæreditabunt terrã.
v.30. Os *iuſti* meditabitur ſapientiam. Et v.39.
lus autem *iuſtorum* à Domino.
Pſal.45.v.8. Dominus diligit *iuſtos*.
Sap.3.v.1. *Iuſtorum animæ* in manu Dei ſunt.
Sap.4.v.7. *Iuſtus autem* ſi morte præoccupa-
s fuerit, in refrigerio erit.
Sap.5.v.16. *Iuſti autem* in perpetuum viuent,
apud Dominum eſt merces eorum.
Ezech.3.v.20. Sed ſi conuerſus fuerit *iuſtus* à
titia ſua, & fecerit iniquitatem.
Ezech.18.v.20. Iuſtitia *iuſti* ſuper ipſum erit.
v.24. Si autem auerterit ſe *iuſtus* à iuſtitia ſua,
fecerit iniquitatem.
Matth.1.v.19. Ioſeph autem vir eius, *cum eſſet
tus*.
Matth.10.v.41. Qui recipit *iuſtum in nomine
ſti*, mercedem *iuſti* accipiet.
Matth.13.v.43. Tunc *iuſti ſulgebunt* ſicut ſol,
Regno Patris eorum.
Matth.25.v.46. Et ibunt hi in ſupplicium æ-
rnum, *iuſti* autem in vitam æternam.
Lucæ 1.v.5. Fuit in diebus Herodis Regis Iu-
æ, Sacerdos quidã nomine Zacharias de Vice
bia: & vxor eius de filiabus Aaron, & no-
en eius Elizabeth. Erant autem *iuſti ambo ante
eum*, incedentes in omnibus mandatis, & iu-
ficationibus Domini, ſine querela.
Lucæ 2.v.25. Et ecce homo erat in Ieruſalem,
i nomen Simeon, & homo iſte *iuſtus & timo-
tus*.

Rom.1.v.17. *Iuſtus* ex fide viuit.

Rom.2.v.13. Non enim auditores legis *iuſti ſunt* apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabũtur.

1.Pet.3.v.12. Oculi Domini *ſuper iuſtos*, & aures eius in preces eorum.

1.Pet.4.v.29. Si *iuſtus vix ſaluabitur*, impius & peccator vbi parebunt.

1.Io.2.v.29. Si ſcitis quoniam (Deus) iuſtus eſt, ſcitote quoniam, & *omnis qui fecit iuſtitiam*, ex ipſo natus eſt.

1.Ioan 3 v.7. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, *iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt*. Et v.10. Omnis qui *non eſt iuſtus*, non eſt ex Deo.

Apoc. 22. v. 11. Qui *iuſtus eſt*, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc.

Declaratio.

SOlus Deus ex ſeipſo, ſua natura, eſſentialiter, & ſemper ab æterno, vſq; in æternũ eſt, & manet, abſolute, & pleniſsimè, perfectiſsimeque iuſtus: Solus Deus iuſtus in omnibus operibus, & vijs ſuis. Pſal. 144. v.17. & iuſtus in omnibus quæ fecit. Daniel.3. v. 27. & 9.v.14. Tali modo, & ſenſu, nemo, præter ſolum Deum, iuſtus eſt, vel eſſe poteſt. Tali modo & ſenſu, *nemo iuſtificatur in conſpectu eius*. Pſal. 142. v. 2. Ideoq; & S. Iob merito proteſtatus eſt, dicẽs: Verè ſcio quod ita ſit & quod *non iuſtificetur homo, compoſitus Deo* Iob. 9. v.2. Homo enim ex ſeipſo & ſuapte natura, immundus eſt, quatenus de immũdo cõceptus ſemine. Iob. 14 v.4. in peccatis conceptus & natus. Pſal.50 v.7. malus. Luc.11.v.13. ab adoleſcẽtia, ſenſu & cogitatione, ad malũ pronus Gen.8.v.21. quomodo ille poſſet ex ſeipſo reuera eſſe iuſtus, aut iuſtitiam operari, ſine

gratia

tia Chriſti,ſine qua nihil poſſumus boni fa-
e.Io.15. v.51.ac necogitare quidem.2.Cor.3.
Imo omnes iuſtitiæ noſtræ,quatenus noſtrę,
; eſt,ſolis viribus noſtris,ſine fide, & gratia
,per Chriſtum promerita ,factæ ſũt,iuſtitiæ
nen haudquaquam merentur coram oculis
i,ſed facti ſumus vt immundus omnes nos,&
ſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ no-
:. Iſaiæ.64.v.6 Talem iuſtitiam propriam
uere volentes, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti
ab illa vtiq; alieni atq; extorres. Rom.10.v.3.
Etſi autem natura ,aut proprijs viribus,nemo
am Deo iuſtificari poſsit,aut iuſtus reuera
ſeri:per Dei tamen gratiam & Chriſti me-
un,verè iuſti efficimur,non per iuſtitiam ex-
nam vel imputatitiam duntaxat; ſed per in-
nam,& inhærentem nobis , quam per fidem
ritate imbutam & gratiam Dei operati ſu-
s & inceſſanter operamur, quando prius per
tiſmum,vel poſtea relapſi, per pænitentiam
o per Chriſtũ reconciliati,& in gratiã rece-
,ac prima iuſtitia donati atq; ornati ſumus.
Non enim mentitus eſt S. Paulus, quando di-
: Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum
factores legis iuſtificabuntur.Rom.2.v.13.Et
iam baptizatos & Deo recõciliatos ſcribens:
ibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuen-
:& membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.Rom.6.
.Et v.16.Neſcitis quoniam cui exhibetis vos
uos ad obediẽdum,ſerui eſtis eius cui obedi-
ſiue peccati ad mortem,*ſiue obeditionis ad iu-
iam.* Et mox. Liberati à peccato , ſerui facti
is iuſtitiæ.Non mentitus, quod ſancti veteris
tamẽti per fidẽ vicerũt regna,*operati ſint iu-
tiam.* B 4 Heb.

Heb.11 v. 33. quod Chriſtus nos erudiat, vt abnegantes omnem impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo. Tit. 2. v. 12. Non etiam mentitur S. Iacobus, quod Abraham, ex fide primum iuſtificatus, ex operibus deinde (magis magiſque) iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare. Iacob. 2. v. 21. & v. 24. quod homo (iuſtificatus ſcilicet, & reconciliatus Deo) ex operibus iuſtificatur, & non ex fide tantum. Non S. Ioannes, qui contra imputatiuos Nouatores nos premonens, expreſsè dixit: Filioli nemo vos ſeducat: *Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicuti & ille iuſtus eſt*. 1. Ioan. 3. v. 7. Ex quo diſcimus, non apprehendendo ſola fide alienam & externam iuſtitiam, ſed faciendo iuſtitiam nos iuſtos fieri & cenſeri: & faciendo iuſtitiã ita iuſtos eſſe, ſicut Deus iuſtus eſt, non quo ad æqualitatem, ſed quo ad veritatem & inhærentem iuſtitiam; quia Deus non imputando, ſed veraciter, neque iuſtitia externa, ſed propria & interna iuſtitia iuſtus eſt. Hanc iuſtitiam & ſanctitatem, Chriſtus nobis per mortem promeruit, & oratione impetrauit. Santifica (inquit) in oratione vltima. Ioan 17. v. 17.) *eos in veritate*. Et v. 19. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: vt *ſint & ipſi ſanctificati in veritate*.

Hæc iuſtificatio & iuſtitia, quatenus per hominem fidelem, & reconciliatum Deo, gratia Dei, quam Chriſtus promeruit, comparatur & exercetur, dicitur quidem paſſim noſtra iuſtitia. Ezech. 18. v. 22. Quia videlicet nos illam, per diuinam gratiam ex fide, charitate imbutam, operati ſumus, & operamur: Dei tamen etiam, & prin-

principaliter dicitur, & dicenda venit iuſti-
a; quia per eius gratiam & auxilium (ſine quo
hil poteſt homo) principaliter effecta eſt,
ıo Deusmetipſe, tanquam principale agens,
nnia bona opera, ideoque & omnem iuſtitiam
nobis, & per nos, ſed non ſine nobis, & no-
ra cooperatione, operatus eſt, & operari non
eſinit: ſicque homo iuſtus, & iuſtitiam ac ſalu-
em ſuam, cum timore & tremore magis ma-
iſque operans, totus quod eſt, gratia Dei eſt,
uæ operatur in nobis velle & perficere; & va-
ua vel otioſa eſſe non debet. 1. Cor. 15. v. 10. &
hil. 2. v. 13. Atque ſic Chriſtus factus eſt nobis
t ſapientia à Deo; ita & iuſtitia, ſanctificatio,
z redemptio; 1. Cor. 1. v. 31. quia nimirum illã
obis per mortem, & obedientiam ſecundum
ominem promeruit. Rom. 5. v. 18. & 19. & vt
qualis Patri, ſecundum Deitatem, ipſemet no-
is per Spiritum ſanctum largitur, & diſpenſat
ratiam, per quam & remiſsionem peccatorum
eu reconciliationem, & primam iuſtitiam im-
etrare, pænitentiam agendo, & ſecundam at-
ue auctiorem quotidie iuſtitiam, bene operan-
lo, & mandata Dei fideliter cuſtodiendo com-
arare poſsimus: vt ſic non in nobis, ſed in Deo
& Chriſto eius, omnem noſtram collocemus fi-
luciam, & qui gloriatur, in Domino glorietur,
.Cor. 1. v. 31. 2. Cor. 10. v. 17.

CAP. IX.	CAP. IX.
Solus Deus pius eſt.	Etiam homines ſunt pij.

APoc. 15. v. 3. Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: & iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuũ, *quia ſolus pius es?*

2. PEt. 2. v. 9. *Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos.*

Declaratio.

SIcut ſolus Deus ſanctus, fortis & iuſtus, ita & pius eſt: ex ſeipſo ſcilicet, ſuapte natura, eſſentialiter, æternaliter & in omnibus.

Quemadmodum autem etiam homo qui facit iuſtitiam, & viuit iuſtè, iuſtus eſt, & dici, ſuo ſenſu & modo, poteſt & debet, ſecundum mentem & exemplum ſacræ Scripturæ: ita & pius. Hinc toties & tam ſeriò monet nos, & exſtimulat Spiritus ſanctus ad piè viuendum, & pietatẽ exercendam, vt in Deo, & per Dei gratiam etiam pij eſſe, & dici poſſimus, ſicut eſſe poſſumus & debemus ſancti, ſicut Deus ſanctus eſt, reuera ſcilicet, & inhærente, non fictitia aut imputata tantum ſanctitate. De qua pietate, & piè viuendi lege ac ratione, videatur Scriptura. Syrach. 44. v. 10. 49. v. 4. 1. Tim. 2. v. 2. & 10. 1. Tim. 4. v. 8. 1. Tim. 6. v. 6. 2. Pet. 1. v. 6. & 2. Pet. 3. v. 11.

CAP.

CAP. X.

DEVS ſolus beatus.

TIm.6.v.13 Pręcipio tibi co-
n Deo, qui viuificat
nia, & Chriſto Ie-
, qui teſtimonium
ddidit ſub Pontio
ato, bonam con-
ſsionem: vt ſerues
andatum ſine macu-
, irreprehenſibile,
que in aduentum
omini noſtri IESV
riſti, quem ſuis
nporibus oſtendet
tus, & ſolus potens,
ex Regum & Domi-
s dominantium.

CAP. X.

Etiam homines ſunt beati.

PSal. 1. v. 1. Beatus vir *qui non abijt in conſilio impiorum, &c. Sed in lege Domini voluntas eius.*

Pſal.31.v.1.Beati quorum *remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Beatus vir *cui non imputauit Dominus peccatum.*

Pſal. 40.v.1. Beatus qui intelligit *ſuper egenum & pauperem.*

Pſal. 83. v.5. Beati, *qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſæculorum laudabunt te.*

Pſal.105.v.3 *Beati* qui cuſtodiunt iudicium, &
ciunt iuſtitiam in omni tempore.

Pſal.111. v. 1. *Beatus vir*, qui timet Dominum:
mandatis eius volet nimis.

Pſal.118.v.1. *Beati* immaculati in via, qui am-
lat in lege Domini.

Matth 5.v.3. *Beati pauperes ſpiritu:* mites, qui
gent: qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: miſeri-
rdes, mũdo corde: pacifici: qui perſecutionẽ
tiuntur, quoniam ipſorũ eſt regnũ cælorum.

Matth.24.v.46. *Beatus ille ſeruus*, quẽ cum ve-
erit Dominus eius inuenerit ſic facientem.

Lucæ 12.v.37. *Beati ſerui illi*, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes.

Iacob. 1.v.12. *Beatus vir*, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Apoc.14. v.13 *Beati mortui*, qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur eos.

Apoc.19.v.9. *Beati qui ad cœnam nuptiarum* agni vocati ſunt.

Declaratio.

DEVS in ſeipſo, & ab æterno beatus totaliter, & quidem ſolus, atque ineffabiliter beatus eſt, & manebit ſemper. Homo, natura filius iræ, & damnationi obnoxius, in Chriſto regeneratus, & non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum Chriſti viuens ex fide viua, quę per charitatem, ſecundum præſcriptum legis, & voluntatis diuinæ, operatur, beatus quidem etiam eſt iure, & in ſpe: ſed nondũ reipſa, & poſſeſsione: & translatus etiam in requiem, & patriam cæleſtem; non in ſeipſo, ſed in ſolo Deo, & eius fruitione beatus eſt, ſecundum menſurã fidei & charitatis, atque pietatis Chriſtianæ, quam in hac vita per meritum Chriſti, & gratiam Dei, fideliter, & vſque in finem perſeueranter exercuit; ſicque per participationem, & communicationem fit beatus, ſicut per participationem prius factus fuit in Deo iuſtus, pius, & ſanctificatus.

CAP.

CAP. XI. Deus ſolus potens.

TIm.6.v.15.Ser-
ues mandatum
ne macula, irrepre-
enſibile, vſque in ad-
entum Domini no-
ri Ieſu Chriſti, quem
iis temporibus oſtē-
et beatus, *& ſolus po-
ns*, Rex Regum, &
ominus Dominan-
um.

CAP. XI. Etiam homines ſunt potentes.

EXod.18.v.21.*Proui-
de autem de omni
plebe* Viros potentes,
*& timentes Deū, in qui-
bus ſit veritas, & qui o-
derint auaritiam.*

Pſal.111.v.1. *Beatus
vir qui timet Dominum:
in mandatis eius volet
nimis.* Potens in terra
erit ſemē eius, *genera-
tio rectorū benedicetur.*

Luc 1. v.52. Depoſuit *potentes* de ſede, & ex-
tauit humiles.

Act.8.v.27. Et ecce vir Aetiops, *Eunuchus po-
ns* Candaris Reginæ Aetyopum.

Act. 18.v.24. Iudæus autem quidam Apollo no-
ine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deue-
t Epheſum, *potens in ſcripturis.*

Declaratio.

DEvs Trinitas, ſicut ſubſtantialiter bea-
tus & felix eſt, in quo eſt omniū bonorum,
ılchrorum, & deſiderabilium infinita pleni-
do: ita etiam ſolus per ſe & eſſentialiter po-
ns eſt; & ipſa ſua potentia, nec modum aut
enſuram: nec principium aut finem habens.
mo ſi quid poteſt, à ſeipſo nequaquam, ſed à
o Deo habet, ab ipſo totus dependet, & im-
perfect-

perfectè admodum, & non niſi ad tempus & beneplacitum Dei potens eſt; & de potentia ſua rationem reddet ſtrictiſſimam, & potenter poſt hanc vitam tormenta patietur, ſi temporanea ſua, imo momentanea & imperfecta admodum potentia, ſciens volensque abuſus fuerit.

CAP. XII.

Solus Deus immortalis.

1. TIm. 6. v. 16. Rex Regum, & Dominus Dominantium: qui *ſolus habet immortalitatem,* & lucem inhabitat inacceſsibilem.

CAP. XII.

Etiam aliis tribuitur immortalitas.

SAp. 1. v. 15. *Iuſtitia enim perpetua eſt,* & immortalis.

Sap. 4. v. 1. *O quā pulchra eſt caſta generatio cum claritate:* immortalis eſt etiam memoria eius.

Sap. 8. v. 17. Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo: quoniam *immortalitas eſt* in cognatione ſapientiæ.

Declaratio.

SOLVS Deus per naturam immortalis, immutabilis, & inuariabilis eſt ab æterno, & in æternum manebit. Nulla creatura, neque in cælo, neque in terra ex ſemetipſa habet aut immortalitatem, vel immutabilitatem: ſed ſi quid tale ſortiatur, vel habuerit, ſicut de animabus hominum, & ſanctis beatis conſtat, non à natura, vel ſeipſa, ſed à Deo accepit, ſolique Deo acceptum ferre.
debet.

CAP.

CAP. XIII.
DEVS ſolus ſapiens.

ROM. 16. v. 25. Ei autem qui potẽs eſt vos confirmare, iuxta Euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationẽ myſterij temporibus æternis taciti, (quod nunc patefactum eſt per Scripturas Prophetarum ſecundum præceptũ æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, *ſoli ſapienti Deo*, per Ieſum Chriſtum, cui honor *& gloria, in ſeculorũ ſecula.*

CAP. XIII.
Etiam aliis ſapiẽtia tribuitur.

GEn. 41. v. 33. *Nunc ergo prouideat Rex* virum ſapientem *& induſtrium.*

Exod. 36. v. 1. *Fecit ergo Beſeleel & Ooliab, &* omnis vir ſapiens, *quibus dedit Dominus ſapiẽtiam & intellectũ.*

2. *Reg.* 20. 16. *Et exclamauit* mulier ſapiẽs *de ciuitate.*

3. *Reg* 3. v. 13. *Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi* cor ſapiens *& intelligens, in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus eſt.*

Pſal. 106. v. 43. *Quis ſapiens* & cuſtodiet hæc, et intelliget miſericordias Domini?

Prou. 1. v. 5. Audiens *ſapiens ſapientior erit*: & intelligens gubernacula poſſidebit.

Prou. 9. v 8. Argue *ſapientem*, & obliget te.

Prou. 12. v. 15. Via ſtulti recta in oculis eius: *qui autem ſapiens eſt*, audit conſilia.

Prou. 13. v. 20. Qui cum *ſapientibus graditur, ſapiens erit*: animus ſtultorum ſimilis efficietur

Ecc

è & abſolutiſsimè, adeoque infinitè eſt ſapi-
s: extra, & præter Deum, nullus eſt verè ſapi-
s, nulla vera aut ſalutaris ſapientia: ſed om-
s huius mundi ſapientes, merè ſunt, & verè
lti, amentes, & inſani etiam: & omnis alio-
i humana, & huius mundi ſapientia ſtultitia
apud Deum. 1. Cor. 3. v. 19. Omnis autem ve-
& ſalutaris ſapientia, à Deo eſt, & cũ illo fu-
ſemper, & eſt ante æuum. Eccl. 1. v. 1. à Deo
ſtulanda eſt, Iacob. 1. v. 5. & à Spiritu ſancto
tribuitur. 1. Cor. 12. v. 8.

CAP. XIV.

...lus Deus, pro- ...iè miſerator, & ...miſericors eſt.

...Xod. 22. v. 27. Si ...clamauerit ad me, ...udiam, *quia miſe-* ...*rs ſum.*

...Exod. 34. v. 6. Domi- ...or Domine Deus, ...*ſericors & clemens,* ...iens & multę miſe- ...ionis.

...eut. 4. v. 31. *Deus mi-* ...*cors,* Dominus De- ...uus eſt.

...Pſal. 85. v. 5. Quoniã ...Domine ſuauis & ...is, & *multæ miſeri-* ...*liæ.*

CAP. XIV.

Etiam alij ſunt miſericordes.

TOb. 4. v. 8. *Quomodo potueris*, ita eſto miſericors.

Pro. 11. v. 17. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors

Pro. 20. v. 6. Multi homines miſericordes vocantur.

Matth. 5. v. 7. Beati miſericordes, *quia ipſi miſericordiã conſequẽtur.*

Lucæ 6. v. 36. Eſtote miſericordes, *ſicut & pater veſter miſericors eſt.*

Ephe. 4. v. 32. Eſtote

Pſal. 111. v. 4. *Miſericors, miſerator*, & iuſtus.

Pſal. 144. v. 8. *Miſerator & miſericors Dominus*: patiens & multum miſericors.

Ioel. 2. v. 13. Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, *quia benignus & miſericors eſt*, patiens & multæ miſericordiæ.

2. Cor. 1. v. 3. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater *miſericordiarum*, & Deus totius cōſolationis.

Iacob. 5. v. 11. Quoniam *miſericors Dominus eſt, & miſerator.*

autem inuicem benigni, miſericordes, *donantes inuicem ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.*

Iacob. 3. v. 17. *Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiēs*, plena miſericordia, *& fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione.*

1. *Pet.* 3. *v.* 8. *In fine autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores*, miſericordes, *modeſti, humiles.*

Declaratio.

HOMO verè & ſalubriter miſericors non eſt, niſi per Spiritū S. illuſtratus, & gratia miſericordiæ donatus fuerit. Deus autem propriè, naturaliter, & æternaliter ex ſeipſo miſerator eſt & miſericors, adeoque fons & Pater miſericordiarum.

CAP. XV.

Deus ſolus propriè, & naturaliter eſt clemens.

CAP. XV.

Etiā alij ſunt clemētes, aliiſq; clementia tribuitur.

2. Par.

PAr.30.v.9. Pius enim & *clemẽs Dominus Deus veſter*, non auertet faciem m à vobis, ſi reuerſi ritis ad eum.

. Eſd.9 v.18 Tu au- Deus, propitius, *nens*, & miſericors, ganimis & multæ erationis.

Et v. 31. Quoniam us miſerationum, *lemens tu es.*

on. 4. v. 2. Scio e- , quia tu *Deus cle- s*, & miſericors patiens, & multæ ſerationis.

RVth. 1. v. 2. *Si iu- bes, vadam in a- grum & colligã ſpicas, quæ fugerint manus me- tentium vbicunq; in me* clementis Patris-fa- milias *reperero gratiã.*

3. Reg. 20. v. 31. *Ecce audiuimus, quod Reges domus Iſrael* clementes ſint.

Pro.11.v.19. Clemẽ- tia præparat vitam, *& ſectatio malorum, mor- tem.*

Pro.16.v.15. In hilari- tate vultus Regis, vita: & clementia eius, *qua- ſi imber ſerotinus.*

ro.20.v.28. Miſericordia & veritas cuſtodiunt em: & roboratur clementia *thronus eius.*

Pro.31.v.26. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex nentiæ in lingua eius.

Act.24.v.4. Oro breuiter audias nos, pro tua nentia.

Declaratio.

OLVS quidem Deus natura, & eſſentiali- ter, ac propriè eſt ab æterno, & in æternum nens; & ſic nullus hominum clemens dici, vlli tribui poteſt clementia: per Dei tamen tiam, & homines clementes eſſe poſſunt, & s clementia tribuitur, naturalis quidem, ſi ij vel Chriſtiani non ſunt: Salutaris autem, iritum Dei habẽt, & illius ductũ ſequuntur.

Obſeruatio.

SI autem homines adhuc mortales, & plerumq; peccatores pij (vt capite 9. probatū eſt) & miſericordes (vti cap. 14. demōſtratur) nec nō clemētes dicuntur, & dici poſſunt: alio tamē longè ſenſu, quam ipſemet Deus Pius, miſericors & clemens dicitur: quid prohibet, quin & ſancti cælites, vt verè in Chriſto, & plenè ſancti, ita & pij, miſericordes atq; clementes dici & appellari queant? idq; eò iuſtius & certius, quo in charitate iam perfecti, & Deo præſentes proximè, plenius & perfectius pij, miſericordes & clementes eſſe & manere poſſunt? quo enim maior & feruentior charitas, quo & clementia maior, ſolidior, & perfectior euadit. Si autem omnes ſancti cælites & beati verè & merito pij, miſericordes, & clementes dici: & vt tales appellari, & compellari poſſunt: quare non etiam, & quidem multis nominibus iuſtius, pia, miſericors & clemens dici poteſt & debet, ter ſanctiſſima, pijſſima & clementiſſima Deipara, & Virgo Maria? Rectè igitur canit Eccleſia in Hymno Salue Regina, ô clemēs, ô pia, ô dulcis Virgo Maria: nec iure poterit à quoquā qui Chriſtianus eſt, eam ob cauſſam reprehendi, nedū criminari, quaſi Deo quicquam derogetur aut SS. Deiparæ plus tribuat, quā ſalua fide fieri queat.

CAP. XVI.	CAP. XVI.
Solus DEVs eſt Saluator,	Etiam alij vocantur Saluatores.

Eſa.

Sa. 33. v. 21. Dominus enim iudex
er, Dominus legi-
noſter, Dominus
noſter: *ipſe ſalua-*
os.
a. 43. v. 11. Ego ſum,
ſum Dominus, &
eſt abſque me Sal-
r.
ſa. 45. v. 15. Tantum
e eſt Deus, & non
bſque te Deus. Ve-
ı es Deus abſcon-
s, *Deus Iſrael Sal-*
r.
t v. 21. Nunquid nõ
Dominus, & non
ltra Deus abſque
Deus iuſtus, & Sal-
r, non eſt præter

ſeas 13. v. 4. Ego au-
Dominus DEVS
s ex terra Aegypti:
Deum abſque me
cies, & *Saluator non*
ræter me.
udæ 1. v. 25. *Soli Deo*
uatori noſtro, per Ie-
ı Chriſtum Domi-
n noſtrũ, gloria &
gnificentia, impe-
m & poteſtas ante

GEn. 41. v. 45. *Vertitq́ nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca,* Saluatorē mundi.

Iudic. 3. v. 9. Et clamauerunt ad Dominũ: qui ſuſcitauit eis Saluatorem, *& liberauit eos, Othoniel videlicet filium Conez, fratrem Chaleb minorem: fuitq́ in eo ſpiritus* Domini, *& iudicauit Iſrael.*

4. Reg. 13. v. 4. *Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ: &* dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, *& liberatus eſt de manu Regis Syriæ.*

2. *Eſdr. 9. v. 27. Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes multas* dediſti eis Saluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum.

Abdiæ 1. v. 21. Et aſcē-

omne ſeculum, & nūc, & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

dent Saluatores in mōtem Sion, iudicare montem Eſau.

Declaratio.

SOLVS Deus Saluator eſt omnium & propria virtute, atq; à ſeipſo illam poteſtatem habet & non ab alio: Saluator etiam eſt non ſolum temporaneus, ſed etiam æternus: non ſecundum corpus tantum aut bona huius vitæ, ſed etiam ſecundum animam & ſalutem æternam. Talis Saluator non fuit, nec eſſe poteſt præter ſolum Deum. Qui vero hominum quo ad temporalia, non omnium, ſed quorundam & in quibuſdam duntaxat, ſaluatores nuncupantur, illam poteſtatem, non à ſemetipſis, ſed à Deo acceperunt: ideoq; abſq; Deo & prçter Deū, Saluatores nec eſſe, nec appellari, nec haberi potuerunt, ſed à Deomet facti ſunt, & miſsi, vt eſſent, limitata poteſtate Saluatores, non præter, ſed ſecundum Deum, & tanquam Dei Miniſtri & organa per quæ ipſemet Deus populum ſaluauit.

CAP. XVII.

Solus Deus, nouit quæ futura ſunt.

ESa.41.v.21. Afferte, ſi quid forte habetis, dixit Rex Iacob. Accedant & nuncient nobis quæcunq; futu-

CAP. XVII.

Etiam alij nouerunt quæ futura ſunt.

1. PEt.1.v.10. *De qua ſalute exquiſierunt, atq; ſcrutati ſunt Prophetæ*, qui de futura in vobis gratia prora ſunt:

ſunt: priora quæ ſu-
nt nunciate: & po-
nus cor noſtrum, &
emus nouiſsima eo-
n, & quæ ventura
t indicate nobis.
*nunciate quæ ventu-
ſunt in futurum, &
mus quia Dij eſtis*

phetauerunt: *ſcru-
tantes in quod, vel quale
tempus ſignificaret in e-
is Spiritus Chriſti:* præ-
nuncians eas, *quæ in
Chriſto ſunt paſſiones,
& poſteriores glorias.*

Declaratio.

OLVS Deus ex ſeipſo, ab æterno, omnia & ſingula præſciuit & omnia tam præterita, m futura ſunt illi præſentia, & vno intuitu nia ſimul nouit, & contemplatur, ideoq; ſo- quoq; Deus, ſiue per Angelos, ſiue per Pro- etas, ſiue per alios, pro ſuo beneplacito om- & ſingula futura anunciare potuit & poteſt nunciauit quoq; maximè quæ ad Meſsiæ ad- tum & redemptionem Iſrael, non ſolùm poralem ſeu corporalem, ſed etiam, & po- mum ſpiritualem atque æternam ſpectant. mones autem, quos gentes, & quidam Iudæi, s ſecuti, pro Dijs per idola colebant, nō ſci- naturaliter, aut propria virtute, abſq; Dei elatione omnia, imo nec aliqua futura, quæ è futura ſunt & à ſola cauſſa prima depēdēt uæ ex cauſſis atq; effectibus naturalibus, na- aliter videre vel cognoſcere non poſſunt. phetæ autem ſancti, & cognouerunt, & an- ciauerunt non omnia, ſed multa futura; propria vel naturali ſcientia; ſed per Spiri-

tum Chriſti, vt inquit S. Petrus, ſpiritu inquam ſancto, quo afflati & inſpirati fuerunt.

CAP. XVIII.

Solus Deus nouit corda, & cogitationes hominum.

3. REg. 8. v. 39. Si quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cælo, in loco habitationis tuę, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuiq; ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius (*quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum*) vt timeant te cunctis diebus, quibus viuunt ſuper faciem terræ.

1. Par. 28. v. 9. Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum Patris tui, & ſeruito ei corde perfecto, & animo voluntario: *omnia enim corda ſcrutatur Domi-*

CAP. XVIII.

Etiam Angeli, & homines nouerunt corda, & cogitationes hominum.

1. REg. 9. v. 19. *Et reſpondens Samuel Sauli dicens: Ego ſum videns. Aſcende ante me in excelſum, vt comedatis mecũ hodie, & dimittam te mane:* & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi.

4. Reg. 5. v. 26. *Elizæus* Propheta *ſciuit quid Giezi ſeruus ſuus abſens feciſſet, & ait illi:* Nonne cor meum in præſenti erat, *quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tibi?*

4. *Reg. 6. v. 8. Etiam multis miliaribus abſens* ſciuit omnia conſilia arcana, *quæ Rex Syriæ, qui pugnabat contra Re-*

nus,

us, & vniuerſas men-
ium cogitationes intel-
get.

2. Par.6.v.30. Tu e-
im *ſolus noſti corda* fi-
orum hominum.

Pſal.7.v.10.*Scrutans*
rda & renes Deus.

Sap.1.v.6.Quoniam
enum illius teſtis eſt
eus: & *cordis illius*
rutator eſt verus.

Ier. 17. v. 10. Ego
ominus,*ſcrutans cor,*
probans renes.

Act.1. v. 24. Tu Do-
ine,*qui corda noſti o-*
nium.

Rom.8.v.27. *Qui au-*
m ſcrutatur corda,
t, quid deſideret
eus.

Heb.4.v.13. Non eſt
a creatura inuiſibi-
in conſpectu eius:
nia autem nuda & a-
rta ſunt oculis eius.

gem Iſrael, in conclaui
ſuo cum ſuis Conſiliariis
conferebat & propone-
bat, reuelabatque ea Regi
Iſrael.

Daniel 2. *v.* 29. *Tu*
Rex, inquit, *Daniel ad*
Regẽ Nabuchodonoſor,
cogitare cæpiſti in ſtatu
tuo, quod eſſet futurum
poſt hæc: & qui reue-
lat myſteria, *oſtendit*
tibi quæ ventura ſunt.

Tob. 12. *v.* 12. *Ange-*
lus Raphael, obtulit o-
ratones Tobiæ Deo.

*Pſal.*19.*v.*11. *Angelis*
ſuis mandauit de te, vt
cuſtodiant te in omni-
bus viis tuis. *In mani-*
bus portabunt te: ne for-
te offendas ad lapidem
pedem tuum.

Lucæ 3.v.15. Exiſtimante autem populo, &
*itantibus omnibus in cordibus ſuis,de Ioanne,*ne
te ipſe eſſet Chriſtus: *reſpondit Ioannes, di-*
s omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos:ve-
t autem fortior me, cuius non ſum dignus
uere corrigiam calceamentorum eius: ipſe
s baptizabit ſpiritu ſancto, & igni,

Lucæ 15 v.7. Dico vobis, *quod ita gaudium erit in cælo,* ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Et v. 10. Ita dico vobis, *gaudium erit coram Angelis Dei,* ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Lucæ 16. v.25. Abraham abſens, *cognouit deſiderium diuitis Epulonis,* in inferno ardentis: & ipſemet Epulo, *cognouit procul abſens,* quid Abraham reſponderet.

Act. 5. v. 3. S. Petrus *ſciuit quomodo Satanas tentaſſet cor Ananiæ;* & quidnam cum vxore ſua Saphira clàm de precio agrī venditi defraudaſſet, quod tamen nullus hominum præter ipſos ſciebat.

Act 8 v.21. Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto, (*inquit* S. Petrus ad Simonem Magum, iam conuerſum) *cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.* Pænitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi *hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.*

Act 13. v 9. Saulus autem, qui & Paulus, *repletus Spiritu ſancto, intuens in eum* (Elimam Magum, qui Barieſu dicebatur) dixit: *O plene omni dolo & omni fallacia,* fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.

Act 14. v 7. Et quidem vir lyſtris infirmis pedibus ſedebat, claudus ex vtero Matris ſuæ, qui nunquam ambulauerat: Hic audiuit Paulum loquentem. *Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet, vt ſaluus fieret,* dixit magna voce: ſurge ſuper pedes tuos rectꝰ Et exiliuit & ambulabat.

1. Cor. 2. v. 9 Sed ſicut ſcriptum eſt. Quod oculus

s non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
inis aſcendit, quæ Deus præparauit eis qui di-
gunt illum: nobis autē Deus reuelauit per Spi-
tum ſuū, Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam
ofunda Dei. Quis enim hominum ſcit, quæ
nt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo
? Ita quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiri-
s Dei. Nos autem non ſpiritum huius mundi
cepimus, *ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus*
æ à Deo donata ſunt nobis.

1. Cor. 13. v. 12. Videmus nunc per ſpeculū in æ-
gmate: *tunc autem facie ad faciē.* Nūc cognoſco
parte: *tunc autem cognoſcā, ſicut & cognitus sū.*

. Cor 3. v. 18. Nos vero omnes, *reuelata facie glo-*
m Domini ſpeculantes, in eandem imaginem
nsformamur à claritate in claritatem, tan-
am à Domini Spiritu.

Ioan. 3. v. 2. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus:
nondum apparuit quid erimus. Scimus quo-
m cum apparuerit, *ſimiles ei erimus: quoniam*
ebimus eum ſicuti eſt.

Apoc. 8. v. 3. Et alius Angelus venit, & ſtetit
e Altare, habens thuribulum aureum: & da-
ſunt illi incenſa multa, *vt daret de orationi-*
ſanctorum omnium ſuper Altare aureum, quod
ante thronum Dei. Et aſcendit fumus incen-
um, *de orationibus ſanctorum de manu Angeli*
m Deo.

Apoc. 14. v. 9. Si quis adorauerit beſtiam & i-
ginem eius, & acceperit characterē in fron-
ua, aut in manu ſua: & hic bibet de vino iræ
i, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius,
ruciabitur igne & ſulphure *in conſpectu An-*
orum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

Declara-

Declaratio.

PRopria, æterna, & eſſentiali virtute, ſolus Deus perfectiſſimè & pleniſsimè videt & nouit ſine exceptione omnia tam futura quam præterita, tam abſentia quam præſentia: ſolus ſimiliter nouit corda & cogitationes omnium: ſolus eſt ſcrutator cordium, & renum omnium: vniuerſa ſunt oculis eius nuda & apertiſſima, & nihil prorſus eſt illi obſcurum nedum occultum. Tali modo & ratione, taliq; ſenſu, nullus neq; in terra, neq; etiam in cælo nouit vlla merè futura, aut abſentia, aut cogitationes vel ſecreta cordium

Per ſpiritum tamen ſanctum, & reuelatione diuina, non ſolum potuerunt aut poſſunt, ſed etiam reipſa nouerunt Prophetæ veteris & noui Teſtamenti quæ multis annorũ centurijs adhuc futura ſunt, vel fuerũt. Tali ratione& modo nouerat S. Elizæus quid longè abſens egiſſet & accepiſſet ſeruus ſuus Giezi 4. Reg. 5. v. 26. quidue Rex Syriæ etiam in conclaui ſecretiſſime cum ſuis intimis Conſiliarijs conſultaſſet & decreuiſſet contra Regem Iſrael. 4. Reg. 6. v. 9. Tali ratione nouit S. Ioannes Baptiſta, quid populus cogitaret ſecũ in cordibus ſuis. Luc. 3. v. 15. S. Petrus quod Ananias & Sephira inter ſeſe ſolos quã occultiſſimè fecerãt, & concluſerant; Act. 5. v. 3. & qualenã cor haberet SimõMagus licet baptizatus. Act. 8. v. 21. Paulus quid Elymas magus. Act. 13. v. 9. & claudus ille ab vtero matris corde verſarẽt, Act. 14. v. 7. & S. Abraham intellexit & ſciuit quoque quid damnatus Epulo ab ipſo deſideraret & peteret. Eadem, & quidem longè per-

perfectiore ratione. Angeli beati, ſemper videlicet videntes & contemplantes faciem Dei. Math. 18 v. 10 ſciunt cordiales, ſeu cordis preces atq; deſideria hominum, quæ offerunt Deo. Tob. 12 v. 12. Daniel. 8. v, 23. Apo. 8 v. 3 ſciunt inclinationes & cogitationes ſeu vias cordium illorum, quibus diuinitus præſunt. quoſque ex mandato Dei, in omnibus viis cuſtodiunt, Pſal. 90. v. 11. ſciunt quinam in corde verè & totaliter pœniteant, & ſinceram habeant contritionem, ſerioque propoſuerint & proponant ab omnibus peccatis cauere, vitamque emendare ſecundum omnia Dei mandata, ſuper quorum pænitentia lætantur & gaudent in cælis, Lucæ 15. v. 10. Et quia ſancti cælites, qui iam beati, & Deo ſunt præſentes, etiam Deum facie ad faciem vident ſicuti eſt. 1. Ioan. 3. v. 2. & cognoſcũt plenè perfecteque, ſicuti & cogniti ſunt. 1. Cor. 13. v. 12. & reuelata facie gloriam Domini contemplantur 2. Cor 3. v. 18. & Angelis quo ad Dei viſionem ſunt ſimiles, adeoque pares, Matth. 22. v. 30. & non minus, imò multò iuſtius lætantur ſuper vno peccatore, verè & ſincerè, adeoque ex toto corde pænitentiam agente, quam ipſimet Angeli, qui humanæ non ſunt conſortes naturæ, Luc. 15. v. 10. dubitare non poteſt nec debet, qui verus & fidelis Chriſtianus eſſe; & haberi vult, quin Deus, pro ſua infinita ſapientia, & inexhauſta bonitate ac benignitate, nec non incomprehenſibili omnipotentia, non ſolùm poſſit, ſed etiam voluerit & velit, quæ ſibi vt Deo, alioqui ſoli propriè & eſſentialiter competunt, hominibus etiam adhuc mortalibus, & multò magis Angelis cæleſtibus, & ſanctis immorta-

mortalibus atque beatis, & ſecum in cælo conregnantibus, per communicationem & participationem, conferre, & reipſa quoque contulerit & conferat, quando, & quantum illi placet, & Eccleſiæ expedit; facultatem videlicet cognoſcendi merè futura, & ſoli alioquin Deo nota; nec non corda & cogitationes, atque etiam preces hominum abſentium, haud ſecus, ac ſi coram, & perſonaliter præſentes adeſſent, & mentem explicarent ſuam.

Obſeruatio.

Excæcatos igitur denſiſſimis malitiæ, inuidiæ, & infidelitatis tenebris eſſe oportet hæreticos, & Nouatores noſtri ſeculi, qui clariſſimam illam veritatem non vident neque agnoſcunt: impios in Deum, qui eius potentiam & beneplacitum negare, vel pro ſuo arbitrio limitare vel conſtringere adoriuntur; ſacrilegos in Sanctos, qui illis derogant, &, quantum in ſe eſt, violenter auferunt, quod diuina potentia & clementia illis gratiosè contulit: blaſphemos in Eccleſiam Chriſti, quaſi illa errauerit in hac facultate Sanctis diuinitus tributa credenda & aſſerenda: vel ex Sanctis Deos faciat, illiſue diuinam potentiam, vel ſcientiam ſacrilegè & mendaciter tribuat: quum non ignorent, aut ſcire, meridiana luce clarius, poſſint, Sanctis, tales aut ſimiles facultates nullo pacto naturaliter tribui vel aſſcribi, ſed quicquid ſunt, aut valent in ſanctimonia, & iſtiuſmodi ſupernaturalibus & diuinis facultatibus, non ex natura, vel à ſemetipſis, ſed ex beneplacito & communicatione Dei habere, non vt Deos, ſed vt Dei intimos & ſpeciales Amicos.

CAP.

CAP. XIX.

Solus Deus operatur mirabilia.

PSal.71. v. 18 Benedictus Dominus Deus Iſrael, *qui fecit mirabilia ſolus.*

Pſal.76. v. 14. Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter? *tu es Deus qui facis mirabilia.*

Pſal.85. v. 10. Quoniam magnus es tu, & *faciens mirabilia*: tu es Deus ſolus.

Pſal. 135. v. 3. Confitemini Domino Dominorum: quoniam in ęternum miſericordia eius. *Qui facit mirabilia ſolus.*

Syrach. 11. v. 4. Quoniam *mirabilia opera Altiſsimi ſolius, & glorioſa & abſconſa.*

CAP. XIX.

Etiã homines operati ſunt, & operantur mirabilia.

EXod. 7. v. 9. 10. 1. *& ſequentibus, Moyſes & Aaron fecerunt coram Pharaone* miracula & mirabilia multa.

Deut. 34. *v.* 10. *Et non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael, ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem,* in omnibus ſignis atque portentis, *quæ miſit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæq; terræ illius, & cunctam manum robuſtam,* magnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

3. Reg. 17. v. 22. Elias à mortę excitauit filium viduæ Sareptanæ.

3. Reg.

3. Reg. 17. v. 1. Elias *clauſit cælum*, ne plueret annis tribus, & menſibus ſex, vt teſtatur etiam S. Iacobus, 5. v. 17.

3. Reg. 18. v. 45. Iterum *aperit cælum clauſum*, vt plueret largiſsimè.

4. Reg. 1. v. 10. & 12. Elias *fecit ignem deſcendere* de cælo, qui deuorauit duos quinquagenarios & centum milites qui cum illis erant.

4. Reg. 2. v. 14. Elizęus pallio Eliæ, poſt eius in cælum eleuationem, *percuſsit aquas Iordanis, & diuiſæ ſunt huc atque illuc*, & tranſiit.

4. Reg. 2. v. 21. Eliſeus aquas peſſimas, & impotabiles, *ſanauit ſale miſſo in aquas.*

4. Reg. 4. v. 3. Eliſeus, in gratiam viduæ pauperis, & obæratæ, parum olei *ita multiplicauit*, vt multa vaſa vacua implerentur.

4. Reg 4. v. 35. Eliſeus excitat à morte puerum hoſpitæ ſuæ.

Et v. 41. Miſſa farina in ollam, coctionem quę videbatur mortifera, *ſanauit & dulcorauit*. Et v. 42. De viginti panibus hordeaceis, *ſaturauit centum viros, & adhuc ſuperfuit.*

4. Reg. 5. v. 14. Eliſeus per aquas Iordanis *ſanat Naaman Principem Syrum*, qui erat leproſus.

4. Reg. 6. v. 6. Eliſeus miſſo ligno præciſo in Iordanis aquas, *fecit ferrum ſecuris*, quod in Iordanem ceciderat, *ſupernatare.*

4. Reg. 13. v 21. Eliſeus mortuus & ſepultus, per oſſa ſua contacta à quodam cadauere in eius ſepulcrum, propter latrunculos irruentes, à quibuſdam, qui aliud ſepulchrum parare non poterant proiecto, *mortuum hominem ad vitam excitauit.*

Syrach 31. v. 8. Beatus diues, qui inuentus eſt

ſine

ſine macula: & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? *Fecit enim mirabilia in vita ſua.*

Syr. 48. v. 13. Elias qui à in turbine tectus eſt, & in Eliſeó cópletus eſt ſpiritus eius: in diebus ſuis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod, & mortuũ prophetauit corpus eius. In vita ſua fecit monſtra, *& in morte mirabilia operatus eſt.*

Marci. 16. v. 17 Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: ſi mortiferum quid biberint, non illis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.

Io. 14. v. 12. Amen, Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, *& maiora horum faciet:* quia ego ad Patrem vado.

Act. 2. v 43. Fiebat autem omni animæ timor *multa quoq; prodigia & ſigna per Apoſtolos in Ieruſalem fiebant.*

Act 3. v. 7. S. Petrus claudum à natiuitate *ſanat.* Sola vmbra dæmones eijcit ex hominibus, *& & omnis generis morbos ſanat.* Act. 5. v. 15. *Excitat Tabitham defunctam.* Act. 9. v. 41.

Act. 6. v. 8. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, *faciebat ſigna & prodigia magna in populo.*

Act. 14. v. 9. S Paulus claudum reſtituit ſolidæ ſanitati: Per ſudaria ſua *ſanat varios infirmos* Act. 19. v. 12. reddit vitæ puerum ex lapſu mortuum. Act. 20 v. 10.

Declaratio.

DEus operatur miracula & mirabilia ſolus, propria ſcilicet virtute. Sancti non operātur, niſi virtute Dei, & tanquam cauſſæ ſecundariæ, ſeu inſtrumenta, & miniſtri Dei. Quia vero Deus principalis & prima eſt cauſſa, ſic etiam ipſe ſolus dicitur operari, quia principaliter, & abſq; alterius auxilio, ſeu aliena poteſtate: quia verò ſancti non propria vel naturali, ſed Dei & ſupernaturali virtute cooperantur tanquam inſtrumenta ſeu miniſtri aut media: idcirco etiam ſancti verè dicuntur ſigna & miracula facere, aut feciſſe.

Obſeruatio.

QVi igitur negant, ſanctos ſiue mortales, ſiue iam beatos & immortales, & cum Deo regnantes, virtute diuinitus vltro conceſſa, vel precibus impetrata operatos eſſe, vel operari poſſe, & edere ſigna atq; miracula, impudentiſſime mentiuntur: qui verò iſtiusmodi miracula diabolo aſſcribunt, quæ Deus per ſanctos vel viuentes adhuc in terris vel piè defunctos, vel per eorum veſtimenta, ſepulchrã, reliquias, imagines, memorias aut ſimilia, pro ſuo beneplacito operatus eſt vel operatur adhuc indies, quando, & vbi placuerit: ad declarandam illorum rectam vitam, aut vitæ ſanctimoniam aut certiſſimam beatitudinem; aut propter Eccleſiæ & fidelium conſolationẽ, propagationem, aut alias cauſſas ſibi notas: illi vtiq; ſemẽ Canaan, non Iuda; phariſæi qui Chriſti met miracula vel negabant, vel Beelzebub aſſcribebant & non chriſtiani, genimi-

na vi-

na viperarum & Ethnicis deteriores, atq; non ſolum in ſanctos Dei iniurij & contumelioſi, ſed & in ipſum ſpiritum ſanctum blaſphemi conſendi, & tanquam ipſiſsimi filij diaboli deteſtandi atq; execrādi veniunt. Si enim Deus per mortales ſigna fecit & miracula & adhuc operari non deſinit: quur non etiam per immortales & beatos? Si per ſudaria, & vmbram necdum beatorum: quur non per imagines veras, oſſa, reliquias iam in cælo regnantium? Si per ſeruos & Amicos, quur non etiam & multo magis per ſanctiſsimam, & delectiſsimam & ſuper omnes alios ſuperexaltatam Matrem in cælis.

CAP. XX:

Deus ſolus propriè miſeretur.

EXod.33. v. 19. Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: *& miſerebor cui voluero*, & clemens ero cui mihi placuerit.

Sap.11.v.23. *Miſereris omnium*, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pænitentiam.

Syrach.36.v.1. *Miſererinoſtri* DEVS omnium, & reſpice in

CAP. XX.

Etiam homo miſeretur.

EXod. 2. v. 6. *Filia Pharaonia* miſerta eſt infantis vagientis, *aquis in fiſcella expoſiti.*

Exod.23.v.3. *Pauperis quoque non* miſereberis in iudicio.

Deut.7.v.3.Non inibis cum eis (gentibus infidelibus) fædus, nec miſereberis eorum.

Prou. 14. v. 21. Qui deſpicit proximū peccat: qui aūt miſeretur pauperis, beatus erit.

nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum.

Vide ſupra cap. 14.

Et v. 31. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis.

Pro. 19. v. 17. Fæneratur Domino, *qui miſeretur pauperis.*

Syr. 30. v. 24. *Miſerere animæ tuæ:* placens Deo.

Math. 18. v. 33. Nône ergo oportuit *& te miſereri conſerui tui*, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Lucæ 16. v. 24. Pater Abraham, *miſerere mei*, & mitte Lazarum.

Rom. 12. v. 8 *Qui miſeretur*, in hilaritate.

Iudæ. 1 v. 22. Et hos quidem arguite iudicatos: illos vero ſaluate, de igne rapientes. *Alijs autem miſeremini in timore:* odientes & eam, quæ carnalis eſt, macaulatam tunicam.

Declaratio.

SIcut ſolus Deus natura, & propriè, atq; ex ſeipſo miſericors eſt, prout. cap. 14 ſuperius probatum eſt: ſic & ſolus Deus propriè, & ſuamet virtute, non ſolum compatiendo, ſed etiam miſericordiam tam animæ quam corporis, tam æternam quam temporaneam reipſa conferendo, & præſtando, miſeretur. Tali modo & ſenſu, nullus hominum, aut miſericors eſſe, aut miſereri poteſt, aut ſui aut aliorum. Alio tamen, & limitato modo, ſenſuque, miſericors eſſe & dici necnon miſereri poteſt & debet ſicut ex ſcripturis cap. 14. & hoc ipſo allegatis patet: ſcilicet non ex ſeipſo, ſed per Dei gratiam, & ex charitate, quam Spiritus ſanctus diffundit in cordibus fidelium, miſericors non dici ſolum, ſed

ſed & reipſa miſereri ſui & proximi, hoc eſt miſericordiam, ſeu miſericordiæ tam corporalis quam ſpiritualis opera exercere & valet & tenetur, ſecundum menſuram gratiæ & facultatis, quam à Deo, & non à ſeipſo habet.

Obſeruatio.

SI homines adhuc mortales, qui adhuc peccatores eſſe, vel fieri, aut etiam damnari poſſunt, miſericordes tamen dici & eſſe, & miſericordiam etiā exercere ſeu miſereri, tā ſui quā aliorum (ſano tamen, & ſuo ſenſu) ideoq́ & pro miſericordia, ſeu vt miſereantur compellari, & inuocari poſſunt: ſicut S. Iob Amicos ſuos compellauit: & filij Parētes: ſubditi ſuperiores; pauperes opulentos; & frater Fratrem compellare poſſunt: quāto magis certiusq́ ſācti cælites, qui & immortales, & æternaliter beati ſine macula ſunt ante thronum Dei, ſpiritu ſancto pleni, in charitate perfecti & confirmati, experti humanas & huius ſeculi miſerias, & verè per Dei gratiam & perfectius miſericordes haberi, atq́ vt noſtri ex fraterno amore (de ſeipſis ſecuri) miſereri, & tum orationibus, tum alijs quibus poſſunt modis & medijs, diuinitus conceßis, miſericordiam præſtare, vel impetrare nō dedignentur compellari & inuocari poſſunt? Rectè igitur & piè, ſecundum dictamen & analogiam fidei, ſanctißima Dei genetrix quæ ſuper omnes ſanctos & gratijs dotata diuinitus & nunc in cæleſti ſuperexaltata eſt gloria, quæq́ & fontē omnis miſericordiæ Chrſtum in vtero concepit, & mundo peperit, & ipſamet per ſpiritum & gratiam Filij ſui, vt charitate, ita &

miſericordia pleniſſima fuit, & manet in æternum) non ſolum miſericors, ſed etiam Mater miſericordiæ, ſeu Mater miſericordiſſima, & illius Mater, qui ipſiſſima eſt miſericordia, tam natura quam merito, appellatur, & vt talis, deuotè ſalutatur, & quatenus maternis precibus, alijsq; miſericordiam Dei ſpectantibus & conciliantibus modis, noſtri miſereri, & diuinam miſericordiam quotidie auctiorem & confirmatiorem, impetrare dignetur, præ omnibus alijs rogatur & inuocatur ab vniuerſa Eccleſia Catholica; ſicuti ab exordio Chriſtianiſmi ab annis mille quingentis, paſſim & palam, maximo cum ſalutis emolumento, & fecit & facere non deſtitit, & faciet etiam ad finem vſq; mundi & exilij huius. Si enim Sanctos veteris teſtamenti nondum conſummatos ſeu plenè beatos Eccleſiaſticus, imo ſpiritus ſanctus iure, Viros miſericordiæ nuncupauit, qui multis, ne dicam infinitis, modis, ſanctiſſimâ Deiparâ & meritis & miſericordia fuerunt inferiores. Syrach. 44. v. 10: quidni virginum virginem, & Dei ſanctiſſimam & ter ſacratiſſimam Matrem, quæ etiam ante conceptionem filij adhuc mortalis, gratia fuit plena; Matrem miſericordiæ honorificentiſſimè & fiducialiter ſalutare atq; vt talem inuocare licebit?

CAP. XXI.	CAP. XXI.
Solus Deus dat gratiam.	Etiam homines dant gratiam.
PSal. 83. v. 12. Quia miſericordiam &	R*Om. 1. v. 81. Primum quidem graverita-*

eritatem diligit Deus: *gratiam & gloriam dabit Dominus.*

Rom. 1 v. 7. *gratia vobis & pax, à Deo Patre noſtro,* & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Similia habet. 1. Cor. 1. v. 3. 2. Cor. 1. v. 2. Eph. 1. v. 2. Philip. 1. v. 2. Coloſſ. 1. v. 2. 2. Teſſ. 1. v. 2. 1. Tim 1. v. 2. Tit. 1. v. 2. Apocal. 1. v. 4.

Rom. 6. v. 23. *Gratia autem Dei* vita æterna.

Rom. 7. v. 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. *Gratia Dei*, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

1. Cor. 12. v. 4. Diuiſiones gratiarũ ſunt, *idem autem ſpiritus.*

1. Cor. 15. v. 10. *Gratia autẽ Dei*, ſum id quod ſum.

1. Pet. 5. v. 10. *Deus autem omnis gratia*, qui vocauit nos in æternã ſuam gloriam.

tias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis: quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio Filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri faciam ſemper in orationibus meis: obſecrans ſi quo modò tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Deſidero enim videre vos: vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis, *ad confirmandos vos.*

2. Cor. 3. v. 2. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus: manifeſtati, quod Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, *ſed ſpiritu Dei viui*: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib. Fiduciã autẽ talẽ habemus per Chriſtũ ad Deũ: nõ q; ſufficiẽtes ſimus

conceſſa atq; concredita fuit 2.Cor 5.v.18.) diſpenſant atq; diſtribuunt, ſeu vt S.Paulus loquitur, Rom.1.v.11.impertiuntur, & in poſteris diſpenſabunt & diſtribuent; ſicuti ab Apoſtolis primùm & ab initio, ex Chriſti mandato & commiſſione factum fuit.

CAP. XXII.

Solus Deus præparat corda noſtra, ad gratiã iuſtificantem.

PSal.58.v.10. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es. Deus meus, *miſericordia eius preueniet me.*

Ier.24.v.7. Et *dabo eis cor*, vt ſciant me, quia ego ſum Dominus, & erunt mihi in populũ, & ego ero illis in Deum: quia reuertẽtur ad me in toto corde ſuo.

Ezech. 36.v. 26. Et dabo vobis cor nouũ & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum

CAP. XXII.

Homines etiam præparant corda ſua, & aliorum.

1. REg.7.v.3. *Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim.*

Pſal.94.v.8. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.

Pro.16.v.1. Hominis eſt animam præparare: *& Domini gubernare linguam. Et v. 9.* Cor hominis diſponit viã ſuam: *ſed Domini eſt, dirigere greſſus eius.*

Prou.23. v. 26. Præbe, *fili mi*, cor tuũ mihi: *& oculi tui vias meas cuſtodiant.*

intrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ille mecũ.

Ap.19.v.7. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, *& vxor eius præparauit ſe.*

Declaratio.

DEus præparat nos, & corda noſtra per gratiam præuenientem, excitantem, & operantem: homines præparant corda ſua, ſeu vias ſuas, gratiæ diuinæ acquieſcentes, & illa bene vtentes, illique cooperantes per fidem & pœnitentiam donec tandem gratiam iuſtificantem & ſaluantem conſequantur; præparant etiam corda aliorum qui prædicando, monendo, alijſque pijs medijs infideles ad fidẽ, & peccatores ad pænitentiam, vitæq; emendationẽ permouent atq; inducunt. Quæ omnia cum ab hominibus fieri nequeunt ſuis viribus aut propria virtute, ſed per gratiam & auxilium Dei, ſolus vtique Deus propriè præpârat corda noſtra, quia principalis eſt, præcipua cauſſa efficiens, ſine quo nihil, Io.15.v.5. per quem omnia poſſumus Philip.4 v.13.

CAP. XXIII.

Deus ſolus conuertit nos.

PSal. 84. v. 5. *Conuerte nos*, DEVS ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis.

CAP. XXIII.

Etiam homines conuertunt ſe, & alios.

TOb. 13. v. 8. Conuertimini itaq; peccatores, *& facite iuſtitiã coram Deo, credentes quod faciat vobiſcum miſericordiam.*

Ier

Ier.31 v. 18. Audiens audiui Ephraim tranſmigrantem: caſtigaſti me & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus: *Conuerte me, & conuertar*, quia tu Dominus Deus meus. Poſtquam *enim conuertiſti me*, egi pœnitentiam: & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum.

Thren.5.v 21.*Conuerte nos Domine ad te*, & conuertemur.

Zach.10. v. 6. Et *conuertam eos*, quia miſerebor eorum.

*Syr.*17. *v.* 21. Conuertere ad Dominum, *& relinque peccata tua: precare ante faciem Domini & minue offendicula.* Reuertere ad Dominum, *& auertere ab iniuſtitia tua. Et v.* 28. *Quam magna miſericordia Domini, & propitiatio illius* conuertentibus ad ſe?

Syr. 21. *v.* 7. *Qui odit correptionem veſtigium eſt peccatoris: & qui timet Deum*, conuertetur ad cor ſuum.

Pſal.84.v.9 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebem ſuam: Et ſuper ſanctos ſuos: *& in eos qui conuertuntur ad cor.*

Eſaiæ. 21. v. 12. Venit mane & nox: ſi quęritis quęrite: *conuertimini, venite.*

Eſa. 45.v.22. Nunquid non ego Dominus, & non eſt vltra Deus abſq; me? Deus iuſtus & ſaluans non eſt abſq; me. *Conuertimini ad me*, & ſalui eritis omnes fines terræ.

Ier 3.v.12. Vade & clama ſermones iſtos contra Aquilonẽ, & dices: *Reuertere auerſatrix Iſrael* ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia ſanctus ego ſum dicit Dominus & non iraſcar in perpetuum. Veruntamen ſcito

iniqui-

iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuũ præuaricata es, & diſperſiſti vias tuas alienis, ſub omni ligno frondoſo, & vocem meam non audiſti, ait Dominus. *Conuertimini filij reuertentes*, dicit Dominus: quia ego vir veſter.

Ier. 15. v. 19. Propter hæc dicit Dominus: *ſi conuertêris conuertam te*, & ante faciem meam ſtabis.

Ier. 31. v. 19. Conuerte me Domine, *& conuertar* quia tu Dominus Deus meus Ierem. 44. v. 5. Non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam *vt conuerterentur à malis ſuis*.

Ezech. 18. v. 23. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non *vt conuertatur à viis ſuis & viuat*! Et v. 30. *Conuertimini* & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris. Et non erit vobis in ruinam iniquitas.

Ezec. 33. v. 11. Dic ad eos: Viuo ego dicit Dominus Deus nolo mortem impij, *ſed vt conuertatur impius à via ſua*, & viuat *Conuertimini, conuertimini*, à viis veſtris peſſimis.

Zach. 1. v. 3. Hæc dicit Dominus exercituum: *Conuertimini ad me* ait Dominus exercituum. Et conuertar ad vos; dicit Dominus exercituum. Ne ſitis ſicut Patres veſtri, ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes. Hæc dicit Dominus exercituum: *Conuertimini de viis veſtris malis*, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me.

Malach. 3. v. 7. *Reuertimini ad me*, & reuertar ad vos dicit Dominus exercituum.

Malach. 4. v. 6. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. *Et conuertet cor Patrum ad filios*

lios, & cor filiorum ad Patres eorum.

Lucæ. I. v. 13. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi Filium & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum & Ciceram non bibet, & ſpiritu ſancto replebitur, adhuc in vtero Matris ſuæ: *& multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum:* & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: *vt conuertat corda Patrum in filios, & incredulos ad prudẽtiam iuſtorũ,* parare Domino plebem perfectam.

Act. 3. v. 19. Pænitemini igitur *& cõuertimini*, vt deleantur peccata veſtra.

Iacob. 5. v. 19 Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, *& conuerterit quis eum*, ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Declaratio.

DEus, & quidem ſolus propriè & principaliter conuertit hominem, inſpirando illi bonas cogitationes, vt pænitentiam agat, & addendo gratiam excitantem & iuuantem ad pænitentiam, permouendoque cor & voluntatem vt bonis inſpirationibus acquieſcat & iuuando volentem, vt poſsit verè pænitere & ſeſe ex toto & ſincero corde conuertere ad Dominum Deum ſuum à quo per peccata præuaricatus fuit: Homo autem ſemetipſum quoq; conuertit, non proprijs viribus (quod eſt impoſſible, non

minus

minus, quam quod lapſus in puteum altum, per ſeipſum poſſit emergere: aut qui læthaliter vulneratus eſt, queat ſeipſum ſine auxilio ſanare, aut liberare à morbo vel morte ipſa) ſed bonis inſpirationibus diuinis aures cordis præbendo, & gratiæ excitanti liberè & voluntariè acquieſcendo, illaq; operante bene vtendo & cooperando, & per illam veram & ſinceram pænitentiam agendo. Alios autem conuertunt, qui illos ſalubri doctrina & monitione ad conuerſionem & pænitentiam perducunt: aut illis gratiam conuerſionis & pænitentiæ præcibus, vel Eleemoſynis, vel ſimili via, ſecundum verbi Dei dictamen & exempla, à Deo impetrant. Propriè igitur & principaliter ſoli Deo & eius gratiæ conuerſio hominis aſſcribi, & accepta ferri debet: homini autem, non niſi ſecundariò & minus principaliter, propter cooperationem liberam & ſpontaneam.

CAP. XXIV.

Solus Deus hominem viuificat.

I. REg. 2. v. 6. Dominus mortificat, & *viuificat.*

Pſal. 84. v. 7. Deus tu conuerſus viuificabis nos & plebs tua lætabitur in te.

CAP. XXIV.

Etiam homo ſeipſum viuificat.

EZech. 18. v. 19. *Quia filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa,* viuet vita.

Pſal.

Pſal.118.v.17.*Viuifica me*, & cuſtodiam ſermones tuos. Et v. 25. Adhæſit pauimento anima mea: *viuifica me*, ſecundum verbum tuum. Et v.40 Ecce concupiui mandata tua:*in æquitate tua viuifica me* Et v.88. Secundũ miſericordiam tuam *viuifica me*, & cuſtodiam teſtimónia oris tui. Et v.93. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia *in ipſis viuificaſti me*: Et v. 159. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua *viuifica me*.

Eſa.57.v. 15. Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis, habitans æternitatem: & ſanctũ nomen eius, in excelſo & in ſancto habitãs, & cum contrito & humili ſpiritu:*vt viuificet ſpiritum humiliũ, & viuificet cor contritorum.*

Io.5.v.21. Sicut enim Pater ſuſcitat mortu-

Et v.21.Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet & non morietur. *Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia quam operatus eſt* viuet. N*unquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis ſuis*, & viuat? *Et v* 27. *Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam*: ipſe animam ſuam viuificabit. *Conſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt*, vita viuet, & non morietur.

Lucæ 17.v.32. Memores eſtote vxoris Lot. Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: &

os

os, *& viuificat.* Sic & Filius quos *vult viuificat.*

Io. 6. v. 64. Spiritus eſt *qui viuificat.*

Tim 6.v.13. Præcipio tibi coram Deo, *qui viuificat omnia*, & Chriſto Ieſu qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato.

quicunq; perdiderit illam viuificabit eam.

1.Io. 5.v. 16. *Qui ſcit Fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem*, petat & dabitur ei vita, *peccanti non ad mortem.*

Declaratio.

DEus viuificat, quia animã in peccatis mortuam per gratiam ſuam pręuenientẽ & excitantem illuminat & ad vitam ſpiritualem id eſt, remiſsionem peccatorum perducit, vt viuere ſpiritualiter poſſit. Viuificat etiam magis magiſq; animam ſpiritualiter per gratiam viuentem, vt in illa vita augeatur & confirmetur quotidie: & deniq; vt per gratiam iuſtificatus & viuificatus homo, & in tali vita ad finem vſq; vitæ corporalis perſeuerans, ad vitam tandem perueniat cæleſtẽ, beatam, æternam. Sicq; ſolus Deus viuificat, & nemo alius: quia per gratiam ſuam verè, & principaliter, & propria virtute viuificat. Homo tamen etiam animam ſuam ſpiritualiter viuificat, quando per gratiã Dei præparat ſeſe ad vitam ſpiritualem, & pænitentiam operatur, ſine qua nemo à Deo viuificatur: cooperatur etiam gratiæ acceptæ, & iam iuſtificatus quotidie auget per gratiam acceptam iuſtitiam & iuſtificatur adhuc magis magiſque, & vſq; finem iuſtus perſeuerat: ſicq;

etiam æternaliter ſeſe vel animam ſuām, vt Chriſtus teſtatur, viuificat, hoc eſt, merito iuſtitiæ, fortitudinis, & conſtantiæ ſuæ per gratiam Dei in Chriſto comparato, vitam gloriæ acquirit. Vnde in Mathæo ait Chriſtus Math. 16. v. 25. Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Et apud Ioannem: 12. v. 25. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Alios autem ille viuificat, ſeu alijs vitam dat, qui vel oratione illis vitæ emendationem, vel iuſtitiæ augmentum, ac gratiæ iuſtificantis debitum vſum, exercitiumq; orando impetrat: aut doctrina, vel exhortatione ſeu admonitione, ſimiliue ratione inducit, vt gratiā Dei per Chriſtum quęrat, inueniat, illaque ad vitæ innocentiam, integritatemq; benè & legitimè vtatur, ſicque ſuo & limitato ſenſu poſt Deum, ſeu per gratiam Dei benè vſurpatam, ſecundario ſe, alioſq; viuificare veraciter dicitur.

CAP. XXV.

Solus Deus homines iuſtificat, ſeu iuſtos facit.

ESa. 58. v. 8. Iuxta eſt qui *iuſtificat me*, quis cōtradicet mihi?

Rom. 3. v. Quoniam quidem vnus eſt Deus, *qui iuſtificat circunciſionem*

CAP. XXV.

Homines etiam ſeipſos iuſtificāt, ſeu iuſtos faciunt.

P*Sal. 72. v. 13. Et dixi: Ego ſine cauſſa* iuſtificaui cor meum.

Syrach. 14. v. 16. Da & accipe, & iuſtifica animam tuam.

onem ex fide: & præputium per fidem.

Rom. 8. v. 30. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, *hos iuſtificauit*: *quos autem iuſtificauit*, hos & glorificauit. Et v. 33. Quis accuſabit aduerſus electos Dei: *Deus qui iuſtificat*.

Gal. 3. v. 8. Prouidens autem Scriptura, quia ex fide *iuſtificat Deus gentes*, prænuntiauit Abrahæ: Quia in te benedicentur omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt benedicẽtur cum fideli Abraham.

Syr. 18. v. 22. Non impediaris orare sẽper, & ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari: *quoniam merces Dei manet in æternum*.

Ezech. 18. v. 22. In iuſtitia ſua, quam operatus eſt, *viuet*.

1. Io. 2. v. 29. Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, *ex ipſo natus eſt*.

1. Io. 3. v. 7. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, *ſicut & ille iuſtus eſt*.

Ap. 22. v. 11. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.

Declaratio.

DEus ſolus iuſtificat, & iuſtitiam auget, per ſuam gratiam propria & non aliena virtute: ſic nullus ſe propijs viribus iuſtificare, ſeu iuſtum efficere poteſt: quia ſine Deo eiuſq; auxilio & gratia nihil boni poſſimus cogitare, nedum efficere, quod Deo placeat, vel iuſtitiæ nomen coram ipſo ſortiri, aut mereri queat. Iuſtificat tamen homo, ſeu iuſtum etiam facit ſe per iuſtitiam, quam ipſemet facit ſeu operatur, non ſuamet virtute, ſed ex fide per Dei gratiam &

meritum Chriſti, ſine quo nihil. Io.15. v.5. Per quem omnia poſſumus ad iuſtitiam, ſalutemq; neceſſaria. Philip.4.v.13.

CAP. XXVI.

Solus Deus ſanctificat nos.

EXod 31.v 13. Videte vt ſabatum meum cuſtodiatis: qui ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis, *quia ego Dominus, qui ſanctifico vos*.

Ezech.20.v.12. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, vt eſſent ſigna inter me & eos: & ſcirent, quia *ego Dominus, ſanctificans eos*.

Ezech.37.v.26. Et percutiam illis fædus pacis, pactum ſempiternum erit illis: & fundabo eos & multiplicabo, *& dabo ſanctificationem meam*, in medio eorum in perpetuum. Et erit taberna-

CAP. XXVI.

Etiã homines ſe, & alios ſanctificant.

IOb.1.v 5. *Cumq́; in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob*, & ſanctificabat eos, *conſurgensq́; diluculo, offerebat pro ſingulis holocauſta.*

*Syr.*2.v.20. *Qui timent Deum præparabũt corda ſua:* & in conſpectu illius ſanctificabũt animas ſuas.

*Ezech.*7.v.31. *In tota anima tua time Dominum, &* Sacerdotes eius ſanctifica.

*Ioel.*2.v.16. *Congregate populum*, ſanctificate Eccleſiam.

*Rom.*6.v. 19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniqui-*

culum

um meum in eis: & eijs Deus, & ipſi nt mihi populus. Et ent Gentes, quia e- Dominus *ſanctifica-* *Iſrael*, cum fuerit *ctificatio mea* in me- eorum in perpe- m.

o.17.v.27. *Sanctifica* (inquit Chriſtus in tione ad Patrem) *veritate* Et v.19. Et eis ego *ſanctifico* *ipſum*: vt ſint & ipſi nctificati in verita- *tatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ*, in ſanctificationem. *Et v.22. Nūc vero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo*, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, *finem vero vitam æternam.*

1. *Cor.7.v.14. Sanctificatus eſt enim vir infidelis, per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis, per filium fidelem.*

2.Cor.7.v.1. Has ergo habentes promiſſiones ariſſimi, mundemus nos, ab omni inquinaento carnis, *& ſpiritus perficientes ſanctificatiem*, in timore Dei.

1.Teſſ.4.v.3. Hęc eſt enim voluntas Dei *ſanctiatio veſtra:* vt abſtineatis vos à fornicatione, ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſide- *in ſanctificatione*. non enim vocauit nos Deus immunditiam, *ſed in ſanctificationem*.

1.Tim 2.v.21. Si quis ergo ſe emundauerit ab is, *erit vas in honorem ſanctificatum*, & vtile omino, ad omne opus bonum paratum.

1.Pet.1.v.22. Animas *veſtras iuſtificantes*, in o- edientia charitatis.

1.Io.3.v.2. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus nondum apparuit quid erimus. Scimus cum pparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbi-

mus eum ſicuti eſt. Et *omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.*

Ap. 22. v. 11. Sanctus, *ſanctificetur adhuc.*

Declaratio.

DEus ſolus ſua gratia, & propria virtute, propter merita Chriſti, verè, & non imputatiuè duntaxat, ſanctificat homines ſanctos eos faciendo. Homnes non niſi per Dei gratiam, & Chriſti meritum ſeipſos ſanctificant, pænitentiam agendo, & alia Sacramenta percipiendo ſanctè viuendo, in ſanctitate proficiendo idque per veram & viuam fidem, quæ per charitatem operatur, & ſanctificationem cum timore & tremore perficit. Alios autem ſanctificant, quando illis vel ſanctitatem precibus impetrant; vel ad ſanctificationem eiuſq; media petenda instruendo, monendo, hortando, vel alia pia ratione inducunt.

CAP. XXVII.

Deus ſolus mundat, & purificat corda noſtra.

IOb. 14. v. 4. Quis poteſt facere mundum de immundo, conceptum ſemine, *nõne tu, qui ſolus es?*

Pſal. 18. v. 13. Delicta quis intelligit, ab oc-

CAP. XXVII.

Etiam homines ipſimet mundãt, & purificant corda ſua.

SIr. 38. v. 10. *Fili in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominũ & ipſe iuuabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto emundultis*

ltis meis munda me.

Pſal.50.v.4. Ampli- laua me ab iniqui- te mea, & *à peccato eo munda me.* Et v. 9. ſperges me Domine yſſopo, *& mundabor:* uabis me, & ſuper iuem dealbabor.

Et v. 12. *Cor mundum rea in me Deus.*

Act. 15. v. 8. Et qui ouit corda Deus, te- ſtimonium perhibuit, dans illis Spiritū ſan- ctum, ſicut & nobis, & *da cor tuum.*

Eſa. 52. v. *Munda- mini qui fertis vaſa* Do- *mini.*

1. *Cor.* 5. v.7. Expur- gate vetus fermētum, *vt ſitis noua conſperſio.*

2. *Cor.* 7. v. 1. *Has er- go habentes promiſsiones chariſsimi*, mundemus nos ab omni inquina- mento carnis.

Iacob. 4. v. 8. Emun- date manus peccato- res, & purificate cor- da, *duplices animo.*

nihil diſcreuit inter nos & illos, *fide purifi- cans corda eorum.*

1. Io. 1. v. 9 Si confiteamur peccata noſtra, fi- delis eſt, & iuſtus, Vt remittat nobis peccata noſtra, *& emundet nos ab omni iniquitate.*

Declaratio.

PER gratiam ſuam Deus purificat mundat atq; emundat corda noſtra ab omnibus pec- catis & inquinamentis conſcientiæ, idq́; pro- pria virtute, ideoq; ſolus etiam cor mundum in nobis creat, ſolus poteſt facere mundum de im- mundo conceptum ſemine. Homō autem puri- ficat ſeſe & mundat quidem etiam, ſed non niſi per auxilium Dei, & acceptando gratiam obla- tam, & ea per gratiam Dei ex fide faciendo, quæ Deus per verbum ſuum reuelatum exegit atq; requirit, vt ab illo in corde veraciter mundari & expurgari poſſimus.

CAP. XXIX.

Solus Deus dimittit peccata.

ESa. 43. v. 25. Ego ſum, ego ſum, *qui deleo iniquitates.*

Lucæ 5. v. 21. Quis poteſt dimittere peccata, *niſi ſolus Deus?*

CAP. XXIX.

Etiam homines dimittunt peccata.

IO. 20. v. 22. *Accipite Spiritum ſanctum. Quorum* remiſeritis peccata, *remittuntur eis.*

2. Cor. 2. v. 10. *Cui autem aliquid donaſtis, & ego: nam &* ego quod donaui, *ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.*

Declaratio.

SOLVS Deus efficaciter remittit, & delet peccata propria auctoritate, & virtute, Apoſtoli, & poſt illos Epiſcopi & Sacerdotes, atq; inter illos ſummus ſub Chriſto Paſtor & Pont. potiſſimum, remittunt quidem etiam peccata, ſed non niſi ex poteſtate & cōmiſſione Dei, non niſi miniſterialiter & vt miniſtri: non in ſuo, ſed Dei nomine.

CAP. XXX.

Solus Deus lauat peccata.

CAP. XXX.

Etiam homines lauant peccata ſua.

PSal. 50. v. 4. Amplius *laua me ab iniquitate mea*, & à peccato meo munda me. Et v. 9. *Lauabis me*, & ſuper niuem dealbabor.

ESa. 1. v. 16. Lauamini, mundi eſtote, *auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis : quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere.*

Et, v. 18. Si fuerint peccata veſtra vt coccinũ, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

Ier. 4. v. 14. *laua à malitia cor tuum Ieruſalem,* vt ſalua fias.

Apo. 7. v. 14. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & *lauerunt ſtolas ſuas*, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni : ideo ſunt ante thronum Dei.

Apo. 22. v. 14. Beati *qui lauant ſtolas ſuas* in ſanguine Agni.

Declaratio.

DEVS lauat, & mundat corda noſtra per gratiam ſuam efficaciter purgando ab omnibus peccatis, idque totaliter & pleniſſimè, vt inſtar niuis, vel albæ lanæ, corda purgata reddantur. Homo ſeipſum lauat & mundat, impetrando talem lotionem, & ad illam à ſolo Deo accipiendam, per ordinarios miniſtros, & media præſcripta, legitimè per gratiam eius ſeſe præparando. Solus igitur Deus primariè propriè, & efficaciter lauat: homo non niſi ſecundario, impetratoriè, & pæparatoriè.

(∴)

CAP.

CAP. XXXI.

Solus Deus tegit, & operit peccata noſtra.

PSal. 31. v. 1. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & *quorum tecta ſunt peccata.*

Pſal. 84. v. 1. Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: *operuiſti omnia peccata eorum.*

Rom. 4. v. 6. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, *& quorum tecta ſunt peccata;* Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.

CAP. XXXI.

Etiam homines ſua, & aliorũ peccata tegunt, atq; operiunt.

PRouerb. 10. v. 12. *Odium ſuſcitat rixas: & vniuerſa* delicta operit charitas.

1. *Pet.* 4. *v.* 7. *Omnium autem finis appropinquauit: Eſtote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobis charitatem continuam habentes:* quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Declaratio.

DEVS operit & tegit peccata hominum, nec illa imputat amplius quando peccata remittit: & ideo illa etiã cõiunctim ponuntur. Beati inquit Dauid, quorum remiſſę ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata. Et Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Remittit autem ita Deus peccata, vt illa

illa purget tollat,ſeu auferat : vnde Propheta Oſeas:14.v.3.Conuertimini ad Dominum & dicite ei *Omnem aufer iniquitatem*. Imo Deus mundat & lauat hominẽ ab omnibus peccatis, vt ſuper niuem dealbetur, *vt mundus ſit totus* Pſal.50. v.9 Eſa.1 v.18. Qui totus eſt, inquit Chriſtus, Io. 13.v.10, non indiget, niſi vt pedes lauat, ſed mundus eſt totus. Et ſanctus Paulus 1. Cor. 6. v.10, poſtquam præmiſiſſet: Nolite errare: Neq; fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Statim ſubiungit: Et hæc quidam fuiſtis: *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. ſed iuſtificati eſtis*, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ; & in Spiritu Dei noſtri. Hinc & S. Ioan. 1. Io. 1. v. 9. Fidelis eſt & iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra, *& emundet nos ab omni iniquitate*. Si autem operire peccata ſeu legere, eſt remittere peccata & remittendo tollere, auferre, emundare, & ſuper niuem & lanam dealbare : quæ ſunt ſolius Dei: conſtat quoque ſolum Deum propriè ſuaque virtute tegere & operire peccata, & ſic etiam ad pænam non imputare, quæ remiſſa & ablata ſunt. Homo tamen per charitatem & eius opera, tam ſua quam aliorum tegit ſeu operit peccata: quando per charitatem quæ ex recta fide ſequitur veram agit & ſinceram pænitentiam: ſicut fecit S. Maria Magdalena de qua Chriſtus teſtatur: dimittũtur illi peccata multa, *quia dilexit multum*. Lucæ 7. v. 47. Et qui diligit Deum, mandata eius obſeruat: ſicq; vel non peccat, ſtudio, vel ſi humana infirmitate lapſus fuerit ſtatim

tim reſurgit, pænitet, orat & nihil negligit, quod ad Deum reconciliandum per Chirſtum requiritur. Ex eadem charitate aliorum quoq; tegit peccata, quando vel orat & exorat pro conuerſione peccatorum, vel peccatores, omnibus quibus poteſt & debet modis ac medijs monet & mouet ad vitæ emendationem, ad pænitentiam, & digna pænitentiæ opera: per quæ Deus permouetur, vt dimittat, purget, & emundet omnia peccata, ſicq; illa operit & tegit vt amplins non ſint, ideoq; nec imputentur amplius.

Obſeruatio.

ERrant igitur, & hallucinantur turpiter non minus quam pernicioſè, atq; in Deum blaſphemi, & in Chriſtum Redemptorem noſtrum ſummè iniurij ſunt; qui docere, & ſcribere non erubeſcunt, Chriſtum nobis, non emundationem peccatorum veram, ſed tectionem tantum, & non imputationem, per mortem & ſanguinem ſuum promeruiſſe: Deumq; non verè remittere, & expurgare peccata noſtra, ſed tantum, propter Chriſtum, tegere, non imputare, remanentibus interim peccatis in ſua natura, & immunditia. Quæ enim illa eſſet, & qualis remiſſio, remanentia abominanda & turpiſſima peccata, externè tantum operire, tegere & ad pœnam non imputare? Nonne hoc & homines facere poſſunt, & faciunt? Hoccine eſt delere, purgare, emundare, & ſuper niuem dealbare peccata? Eſtne hoc Dei potentiam extenuare, immo negare? Vbi illud: Ego, ego ſum qui deleo peccata,

Eſa.

Eſa.43.v.25. Nonne hac etiam ratione, meritum, & efficacia ſaguinis & mortis Chriſti ſubleuatur, imo negatur? Qui tollit, non tegit tantum (vt i fingunt Nouatores) peccata: qui lauit nos in ſanguine ſuo: qui emundauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis? Io.1.v.29. Apo.1.v.6. Heb.9.v.14. Poteſtne aliquid tegi, vt Deus *non videat? Si videt, poteſtne, qui iuſtus & verax eſt, iudicare vel reputare mundum, quod maculatum; iuſtum, quod iniuſtum; album quod denigratum manet?*

CAP. XXXII.

Solus Deus nos illuminat.

PSal. 12. v. 4. Reſpice & exaudi me Domine Deus meus. *Illumina oculos meos,* ne vnquam obdormiam in morte.

Pſal. 17. v. 29. Quoniam *tu illuminas lucernam meam Domine:* Deus meus, *illumina tenebras meas.*

Pſal. 33. v. 6. Accedite ad eum, & *illuminamini.*

Pſal. 35. v. 10. Quoni-

CAP. XXXII.

Etiam homines alios illuminant.

ACt. 26. v. 15. *Dominus autem dixit:* Ego *ſum Ieſus quē tu perſequeris. Sed exurge & ſta ſuper pedes tuos: adhoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum quæ vidiſti; & eorum quibus apparebo tibi, eripiens te de populo & gentibus, in quas nunc ego mitto te,* aperire oculos eorum, *vt conuertantur à tenebris*

am apud te eſt fons vitæ, & *in lumine tuo videbimus lumen.*

Pſal.66.v.1. Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis: *illuminet vultum ſuum ſuper nos*, & miſereatur noſtri.

Pſal.145.v.8. Dominus ſolus compedito, *Dominus illuminat cæcos.*

Iacob.1.v.17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcẽdẽs à *Patre luminum.*

ad lucem, & de poteſtate Satanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos per fidem quæ eſt in me.

Eph.3.v.8. Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti: & illuminare omnes, *quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſcõditi à ſeculis in* Deo, *qui omnia creauit.*

Declaratio.

SOLVS Deus propriè, & principaliter, gratia ſua corda noſtra illuminat: quod nemo hominum ſimiliter facere poteſt, nec Angelorum etiam. Homines tamen illuminare quoque dicuntur alios, & oculos aliorum aperire miniſterialiter ſcilicet: quatenus per ſalutarem doctrinam illos à tenebris incredulitatis ad fidem, vel impietatis ad veram pœnitentiam, & ſalutarem vitæ emendationem perducunt aut ſacramenta noui teſtamenti adminiſtrant, per quæ lumen ſpiritus ſancti, & gratiæ Dei magis magiſque participant; quo nomine etiam lux mundi vocati ſunt Apoſtoli ab ipſomet Chriſto Math.5.v.14.

Declaratio.

Deus dat & facit cor nouum, non naturaliter: quia cor hominis quod in vtero materno creatum eſt, idē manet, nec materialiter mutatur: ſed ſpiritualiter, illud, ſcilicet à peccatis mundando, & ſpiritus ſancti gratia iuſtificando, atque ad iuſtitiā faciendam aptando; imo mortuum in peccatis, ad nouam, hoc eſt, ſpiritualē vitā reformando. Atq; hoc ſolius Dei eſt. Homo tamen ipſemet quoque cor nouum ſibi facit, & nouum induit hominem, quando gratiæ Dei acquieſcit, & per illam ex corde conuertitur ad Deum, atque legitimam pænitentiam faciēdo largiorem auctioremque gratiam, vt viuere porro iuſtè poſſit, impetrat.

CAP. XXXIV.
Solus Deus dilatat cor noſtrum.

Pſal. 4. v. 2. In tribulatione, *dilataſti* mihi.

Pſal. 17. v. 37. *Dilataſti greſſus meos* ſubtus me.

Pſal. 118. v. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum *dilataſti cor meum*.

CAP. XXXIV.
Homo quoq; ipſemet cor ſuum dilatat.

Pſal. 80. *v.* 11. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti:* dilata os tuum, & implebo illud.

2. *Cor.* 6. *v.* 11. *Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij*, cor noſtrum dilatatum eſt. *Et v.* 14. *Tanquam filijs dico,* dilatamini & vos.

Declaratio.

DEvs dilatat cor noſtrum, quando per gratiã ſancti Spiritus, à tenebris ignorantiæ, & vinculis peccatorum abſolutum atque liberatum, charitate ardenti, & quotidie maiore incendit, & gratia ſua magis magiſque confortat, vt poſſit & velit non obſtantibus tentationibus & aduerſis quibuſcunque, viã mandatorum Dei, prompto hilarique animo currere, & in illis obſeruãdis haudquaquam defatigari: ſicque etiam greſſus hominis dilatat, & maiores quotidie in iuſtitia & ſanctitate progreſſus facere, & de virtute in virtutem procedere largitur: & ſic ſolus & cor & greſſus noſtros dilatat Deus. Homo nihilominus debet, ſecundum quod iubet Deus, dilatare quoque os ſuum, & dilatari ipſemet, quando inſpirationi diuinæ aurem locumque præbendo per gratiam illius, ſe totum ad Deum conuertit, illaque in ſe aucta, bene vtitur, & per illam ſpiritu feruens ad omnia Dei mandata ſponte dirigitur, & legem Dei in ſingulos dies & diligit ardentius, & ſeruat perfectius pleniusq;, & illum in finem non ceſſat ſingulis momentis gratiam Dei auctiorem deſiderare, & orando & debita media vſurpando ſibi conciliare.

CAP. XXXV.

Solus Deus dirigit greſſus noſtros in via iuſtitiæ & ſalutis.

PSal. 16. v. 5. *Perfice greſſus meos in ſe-*

CAP. XXXV.

Etiam homo ipſemet greſſus ſuos dirigit.

PSal. 118. v. 59. *Cogitaui vias meas, & mitis*

mitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea.

Pſal. 36. v. 23. *Apud Dominum greſſus hominis dirigentur*, & viam eis volet.

Pſal. 138. v. 133 *Greſſus meos dirigi*, ſecuncundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Ier. 10. v. 23. Scio Domine, quia non eſt hominis via eius: nec viri eſt, vt ambulet, & *dirigat greſſus meos.*

conuerti pedes meos *in teſtimonia tua. Et v.* 112. Inclinaui cor meum *ad ſaciendas iuſtificationes tuas.*

Matth. 3. *v.* 3. *Parate viam Domini*, rectas facite ſemitas eius.

Heb. 12. *v.* 12. *Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite*: & greſſus rectos facite pedibus veſtris, *vt non claudicans quis erret, magis aũt ſanetur. Pacẽ ſequimini cũ omnib. & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.*

Declaratio.

NOn poteſt quidem homo, in via iuſtitiæ & mandatorum Dei, vllos greſſus facere vel incipere, ſine gratia Dei, ſine qua in bono, & meritoriè, nihil poteſt facere, imo nec cogitare etiam & ſic non eſt hominis via eius, nec vt ambulet vel dirigat greſſus ſuos ſecundum beneplacitum Dei, in via pacis & ſalutis: Per Dei tamẽ gratiam & adiutorium etiam currere poteſt viam mandatorũ Dei. Pſal. 118. v. 31. 32. currere & non laborare, ambulare & non deficere. Eſa. 40. v. 31. Et quia Dei gratia eſt principale agens, merito Deus, & quidem ſolus Deus, qui ſolus dat gratiam propriè & principaliter greſſus noſtros regit & dirigit in via iuſtitiæ & beatitudinis æternæ.

CAP. XXXVI.

Deus ſolus operatur bona, & meritoria opera in nobis.

ESa. 26. v. 12. Domine dabis pacē, *omnia enim opera operatus es in nobis.*

1. Cor. 12. v. 6. Diuiſiones autem operationum ſunt, idem vero Deus, *qui operatur omnia in omnibus.*

Gal. 3. v. 5. Qui ergo tribuit vobis ſpiritum & *operatur virtutes in vobis.*

Eph. 1. v. 11. In quo etiam & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitū eius, *qui operatur omnia*, ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

Eph. 3. v. 20. Ei autem qui poteſt omnia facere ſuperabundāter, quàm petimus, aut intelligimus, ſecundum virtutem, *quæ operatur*

CAP. XXXVI.

Homo ipſemet quoque operatur bona, & meritoria opera.

E*Ccl. 9. v. 10. Quodcunque poteſt facere manus tua*, inſtanter operare.

Syr. 14. v. 16. Da & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitū tuum operare iuſtitiā.

Syr. 24. v. 30. Qui audit me, non cōfundetur, & qui operātur in me, *non peccabunt. Qui elucidant me vitam æternā habebunt.*

Ezech. 18. *v. 21. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor:* in iuſtitia ſua,

n nobis.
hilip. 2. v.13. Deus
nim *qui operatur*
bis velle & perfice-
ro bona volunta-

Theſſ.2.v.13. Ideo
os gratias agimus
ſine intermiſſio-
quoniam cum ac-
iſſetis à nobis ver-
auditus Dei, non
erbum hominum,
(ſicut eſt vere) ver-
n Dei, *qui operatur*
vobis qui credidiſtis.

quam operatus eſt, vi-
uet.

Ezech. 36. *v.* 26. *Et*
dabo vobis cor nouum,
& ſpiritum nouum po-
nam in medio veſtri: &
auferam cor lapideum,
de carne veſtra, & dabo
vobis cor carneum. Et
ſpiritum meum ponam
in medio veſtri: & faci-
am vt in præceptis meis
ambuletis, & iudicia
mea cuſtodiatis, & ope-
remini.

th. 25. v.16. Abijt autem qui quinque talenta
ceperat, & *operatus eſt in eis,* & lucratus eſt a-
quinque: ſimiliter & qui duo acceperat, lu-
tus eſt alia duo.

Math.26.v.10 Quid moleſti eſtis huic mulie-
opus enim bonum operata eſt in me.

Io 3. v. 20. Omnis enim qui malè agit, odit
cem, & non venit ad lucem vt non arguantur
era eius: *qui autem facit veritatem,* venit ad lu-
m, *vt manifeſtentur opera eius,* quia in Deo
nt facta.

Io.5.v.28. Nolite mirari hoc, quia venit hora,
qua omnes qui in monumentis ſunt, audient
ocem Filij Dei: & procedent *qui bona fecerunt,*
reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt,
reſurrectionem iudicij.

Gal.5. v.6. In Chriſto Ieſu neque circumciſio
iquid valet, neque præputium: ſed *fides quæ per*
aritatem operatur.

Philip. 2. v. 12. Cum metu & tremore *ſalutem veſtram operamini.* Heb. 11. v. 33. Sancti per fidem vicerunt regna *operati ſunt iuſtitiam.*

Declaratio.

OMnia opera noſtra bona, quà bona ſunt (mala autē nequaquā, quà mala ſūt) operatur in nobis Deus? quia ſine gratia ipſius nō fiūt, nec fieri poſſunt. Quia vero nō fiunt in nobis ſine nobis, ſed nos ea facimus per gratiā Dei, cui cooperamur, & qua benè vtimur per ſpontaneā volūtatē, à Deo prius excitatā & adiutā: idcirco & nos verè & propriè operamur bona opera, & facimus iuſtitiā. Quia tamen ſine Dei gratia nihil cogitare boni, nedū loqui, vel perficere poſſumus, & Dei gratia in nobis, quatenus bene operamur, eſt primaria cauſſa efficiens, ſeu principale agēs; idcirco quę bene agimus Deus in nobis & quidē ſolus, reſpectiuè, operari dicitur, & bona noſtra opera Dei sūt opera, & quando illa mercede æterna remunerat, ſua dona coronat: quia verò Deus nō operatur ſine nobis, ſed nos per illius gratiā, & auxiliū ſupernaturale, benè & iuſtè operamur, eā ob causā, ſecūdario & poſt Deū, noſtra quoq; sūt opera, & noſtra eſt iuſtitia ſed minus principaliter, reſpectu Dei & diuinæ gratiæ, quę pręcedere sēper, & comitari, adeoq; principaliter operari debet & operatur in operibus iuſtitiæ verè bonis, & Deo (ad mercedem æternam conſequendam) benèplacentibus. Hanc differentiam Chriſtuſmet indicat, quando ait: *Qui facit veritatem*, venit ad lucem vt manifeſtentur *opera eius*; vbi bona opera homini aſſcribit: quando vero addit: *quia in Deo facta ſunt*: indicat etiam, & præcipue, Dei eſſe opera. Io. 3. v. 21. Et Mat. v. 25. 16. aſſerit ſeruos fideles,

rum vnus quinque talenta acceperat, alter ,abijſſe, & operatos eſſe in illis, & lucratos ,hunc duo, illum quinque alia talenta: ſigni-ns ſeruos illos vere & propriè operatos & ratos fuiſſe, ſed per talenta prius tradita: ue illos eſſe non operatores ſimpliciter ſed perato res gratiæ & adiutorij Dei? Lucæ ve-19.v.16 introducit ſeruum, qui decem minas eperat, licet illis & per illas fideliter & vti-er negotiatus, & decem alias lucratus eſſet, loquenté: Domine mina tua, decé minas ac-ſiuit: & alterũ, qui tantundẽ acceperat, & fi-liter, & licet nõ æqualiter, benè elocauerat: omine, mina tua fecit quinq; minas: inſinuãs, mirũ, Dei gratiã (quæ per talẽta, & minas, in-ligitur, in quibuſdã auctior, in quibuſdã par-or, in quibuſdã ęqualis, nõ ęqualiter vſurpata q; exercita ſeu effectui data; in omnibus tamẽ ficiens) principaliter agere in bonis operib. ſtitiæ, & præcipuè, ſpirituale animæ lucrũ, & ſtitiæ initiũ, augmentũ, & complementũ ſeu rfectionẽ acquirere, atq; efficere. Hinc & S. ulus: Viuo ego, ſcil. vita ſpirituali per iuſtitiã d nõ ego, videlicet ex me, ſeu meis virib. ſed uit in me Chriſtus, principaliter ſcil. per ſpi-tũ ſuũ & gratiã, quã, vt homo meritus eſt, & Deus ipſemet largitur cũ Patre & Spiritu S. al. 2I. v. 20 Et alibi gratia Dei, ſum id quod ,ſcil. quo ad iuſtitiã & vitã ſpirituale: in qua ratia Dei eſt præcipua cauſſa: ſed vt ſignifica-et quoq; gratiã Dei in nobis quidẽ, ſed nõ ſine obis operari: addit: & gratia eius in me vacua õ fuit, ſed abũdãtius illis omnib. laboraui: nõ go auté (ſcil. ſolus, aut principaliter) ſed gra-ia Dei mecum.

1. Cor. 15. v. 10. Et iterum: Dei agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis: & paulo ante: Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, ſignificans Deum principaliter operari & præcipuam eſſe cauſſam effectiuam: Ne tamen Deus ſine omni opera hominis operatus eſſe, vel operari putaretur, præmittit: Dei adiutores ſumus: & ſtatim ſubiungit, (ſic & operationem Dei, & cooperationem hominis inſinuatus) Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.

1. Cor. 3. v. 7 & 8. Et multo apertiſſimè ad Philippenſes, vtrumque & inſinuat, operationem Dei ſcilicet, & cooperationem hominis: & vtrumque diſcernit quoque atque diſtinguit. cap. 2. v. 12. Præmiſſo enim: Cum metu & timore operamini ſalutem veſtram; ſtatim ſubiungit: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle (ſcil. bona) & perficere pro bona voluntate. Omnia autē facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei.

Obſeruatio.

SIcut igitur Pelagiani ſunt, & damnatiſſimi hæretici, qui aſſerunt hominem ſine ſpeciali Dei gratia, proprijs naturæ & liberi arbitrij viribus poſſe bona coram Deo, & meritoria opera facere, ita non minus ſunt damnati, & deteſtabiles, ſceleratiſſimique hæretici, qui aſſeuerant, hominem per Dei gratiam & adiutorium nec liberè, nec bene, aut meritoriè operari, nec vlla bona coram Deo meritoria

ritoria opera facere poſſe, aut diuinæ gratiæ coo-rari: ſed Deum *ſolum omnia in nobis, ſine nobis, ſine omni noſtro conſenſu vel coeperatione o-rari, & hominem ipſum, in omnibus actionibus ihil eſſe, niſi truncum, & merum, ac nudum in-rumentum.*

CAP. XXXVII.

Deus ſolus inclinat aures, & cor noſtrum ad præcepta ſua.

PSal. 93. v. 7. Sacrificium & oblationem noluiſti: *aures autem perfeciſti mihi.*

Pſal. 118. v. 36. *Inclina cor meum in teſtimonia tua.*

Eſa. 50. v. 4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo: erigit mane, *mane erigit mihi aurem*, vt audiam quaſi Magiſtrum.

Act. 16. v. 14. Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ci-

CAP. XXXVII.

Etiam homines ipſimet aures ſuas, & cor inclinant ad verbum, & præcepta Dei.

IOſue 24. v. 23. *Nunc ergo, ait, auferte Deos alienos de medio veſtri, &* inclinate corda veſtra ad Dominum Deum Iſrael.

Pſal. 77. v. 1. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei.

Pſal. 118. *v.* 12. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, *in æternum, propter retributionem.*

uitatis Tyaticinorum colens Deum, audiuit: *cuius Dominus aperuit cor*, intendere his quæ dicebantur à Paulo.

Pro.2.v.1. Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tui: inclina cor tuum *ad cognoſcendam prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris*, & inclinaueris cor tuū prudentiæ: *ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies.*

Pro 22.v.17. *Inclina aurem tuam*, & audi verba ſapientium: *appone autem cor ad doctrinam meam.*

Syrach.2.v.2. Deprime cor tuum, & ſuſtine: *inclina aurem tuam*, & ſuſcipe verba intellectus.

Syr.6.v.33. Fili ſi attenderis mihi diſces: & ſi accommodaueris animum tuum ſapiens eris. *Si inclinaueris aurem tuam*, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris.

Eſaiæ 55.v 3. *Inclinate aurem veſtram*, & venite ad me: audite & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum.

Declaratio.

AVres hominum à Dei verbo plerumque à natura ita ſunt auerſæ & ad audiendam ſapientiam ſalutis obſurduerunt, ſicuti & cor humanum ad ſuſcipienda & ſequenda diuina præcepta, vt impoſſibile ſit vel intelligere, vel audire etiam, nedum per omne obſeruare, quæ Deus mandat, niſi aures mentis, & cor hominis ſingulari Dei gratia & excitetur, & adiuuetur, emolliaturque. Hanc gratiam, cum ſolus largiatur Deus, & largiri ſuapte virtute poſſit, vtique Deus

Deus quoque ſolus & aures aperit, & cor
trum inclinat ad præcepta ſua, tum intelli-
da, tum opere complenda. Homo nihilomi-
ipſemet quoque aures ſuas, & cor ſuum in-
nat atque aperit ad ſapientiam & pietatem
inam: quatenus gratia Dei monitus, & exci-
us, eiuſdem adiutorio, acquieſcit, tam cre-
ndo quam obediendo illis, quæ ſibi diuini-
s credenda & obſeruanda proponuntur. Deus
itur per ſe, aperit aures & inclinat corda
ſtra, homo autem, non niſi per Dei gratiam
adiutorium iuxta ſenſum mox indicatum.

CAP. XXXVIII.

Deus ſolus liberat homines.

PSal. 17. v. 1. Dominus firmamentum meum, & refugiũ meũ, *& liberator meus.*

Sap. 16. v. 7. Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omnium Saluatorem: in hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, *quia tu es qui liberas ab omni malo.*

Daniel. 6. v. 26. Ipſe eſt enim Deus, & æternus in ſæcula:

CAP. XXXVIII.

Homines ipſimet quoq; liberant, tã ſe, quam alios.

GEn. 37. v. 21. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eũ *de manibus eorũ.*

Ioſue 10. *v.* 6. *Habitatores autem Gabaõ vrbis obſeſſæ, miſerunt ad Ioſue, qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum : aſcende cito:* & libera nos, ferq; præſidium: *conuenerũt*

& re-

& regnū eius non diſſipabitur, & poteſtas eius vſq; in æternum. *Ipſe liberator*, atque ſaluator.

Iac.4.v.12. Vnus eſt legislator & iudex, qui poteſt perdere, & *liberare.*

enim aduerſum nos omnes Reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

Iudicum 2.v 16. *Suſcitauitq; Dominus Iudices*, qui liberarent eos de vaſtantium manibus.

Iud. 6. v. 14. Reſpexitque ad eum (Gedeon) Dominus, & ait: Vade in hac fortitudine tua, *& liberaberis Iſrael* de manu Madian: ſcito quod miſerim te. Qui reſpondens ait: Obſecro mi Domine, *in quo liberabo Iſrael.*

2. Reg.19. v.9. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicens: *Rex* (Dauid) *liberauit nos de manibus inimicorum noſtrorū, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſtinorum*, & nunc fugit de terra propter Abſolon.

4. Reg.13.v.4. Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini; & exaudiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ, *& dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ.*

Tob.4.v.11. Eleemoſyna ab omni peccato, *& à morte liberat*, & non patietur animam ire in tenebras.

Tob.12.v.8. Bona eſt oratio (inquit Angelus Raphael) cum ieiunio & eleemoſyna magis, quam theſauros auri recondere: *quoniam eleemoſyna à morte liberat*, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam.

Prou.10.v.2. Nil proderunt theſauri impietatis:

tis: *iuſtitia vero liberabit à morte.*

Prou.12.v.6. Verba impiorum inſidiantur
nguini: *os iuſtorum liberabit eos.*

Prou.23.v.13. Noli à puero ſubtrahere diſc-
linam: ſi enim percuſſeris eum virga, non mo-
ietur. Tu virga percuties eum: *& animam eius*
le inferno liberabis.

Pro.24.v.11. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ,
& qui trahuntur ad interitum *liberare ne ceſſes.*

1 Sy.4.v.9. *Libera eum qui iniuriam patitur* de
manu ſuperbi: & non aridè feras in anima tua.

Ier.22.v.2. Audite verbum Domini Rex Iuda,
qui ſedes ſuper ſolium Dauid, tu & ſerui tui &
populus tuus, qui ingredimini portas iſtas. Hæc
dicit Dominus: Facite iudicium & iuſtitiam, *&*
liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris.

Ezech.3 v.19. Si autem tu annunciaueris im-
pio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate
ſua, & à via ſua impia: ipſe quidem in impie-
tate ſua morietur: *tu autem animam tuam libe-*
raſti Et v.21. Si autem annunciaueris iuſto, vt
non peccet iuſtus, & ille non peccauerit; vi-
uens viuet, quia annunciaſti ei, *& tu animam*
tuam liberaſti.

Ezech.33. v.8. Si me dicente ad impiũ: Impie
morte morieris: non fueris locutus vt cuſtodiat
ſe impius à via ſua: ipſe impius & iniquitate
ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu
tua requiram, ſi autem annunciante te ad impi-
um vt à vijs ſuis conuertatur, nõ fuerit conuer-
ſus à via ſua ipſe in iniquitate ſua morietur:
porro tu animam tuam liberaſti.

1.Mach.5.v.17. Dixitque Iudas Simoni fratri
ſuo: Elige tibi viros, *& vade & libera fratres tuos*
in Galilæa.

Declara-

Declaratio.

DEVS ſolus propria tantum virtute liberat: homo non niſi aliena, hoceſt, Dei virtute. Deus vt Dominus, homo vt ſeruus. Deus vt auctor & actor principalis; homo vt miniſter: Deus vt cauſſa prima & principalis, homo vt cauſſa ſecundaria, & minus principalis. Deus ſine reſpectu effectiuè, homo executiue vel meritoriè vel impetratiue, vel non niſi reſpectiuè: Deus externè & internè, corporaliter & ſpiritualiter, temporaliter & æternaliter; homo externè, corporaliter, & temporaliter, aut non niſi inſtrumentaliter, vel relatiuè, vel reſpectiuè tantum.

Obſeruatio.

EX his collectu facilè, atque in promptu eſt intelligere, nullam fieri Deo iniuriam, vel fidei atque religionis præiudicium, ſi etiam homines, vt liberent, implorentur: ſi autem homines, ſuo ſenſu & reſpectu implorari ſeu inuocari poſſunt, vt liberent, precibus videlicet, vel poteſtate à Deo accepta: ecquur non etiam Sancti cælites, & omnium maximè Sanctorum Domina poſt Deum, & Regina Cæli & terræ, Dei inquam & Saluatoris noſtri, Regis Regum, & Dominantium Domini Mater Virgo Maria?

CAP.

AP. XXXIX.

EVS ſolus ſaluat.

REg. 10. v. 19. Vos autẽ ho- e proieciſtis Deum ſtrum, *qui ſolus ſal- uuit vos* de vniuerſis alis & tribulationi- us veſtris.

1. Reg. 14. v. 6. *Non ſt Domino difficile ſal- uare*, vel in multis vel n paucis.

Eſa. 33. v. 21. Domi- nus enim Iudex no- ſter, Dominus legi- fer noſter, Dominus Rex noſter: *ipſe ſalua- bit nos.*

Eſa. 43. v. 11. Ego ſum, ego ſum, & *non eſt abſque me ſaluator.*

Oſeæ 13. v. 4. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti: & Deum abſque me neſcies, & *Saluator nõ eſt præter me.*

CAP. XXXIX.

Etiam homines ſaluant tam ſe, quàm alios.

G*En*. 19. *v*. 17. Salua animam tuam: *(dicebant Angeli ad S. Loth) noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione.*

Ioſue. 2. *v*. 13. *Detisq́; mihi verum ſignum*; vt ſaluetis patrem me- um & matrem, fratres & ſorores meas, & o- mnia quæ illorum ſunt, *& eruatis animas noſtras à morte.*

1. *Reg*. 10. *v*. 27. *Fi- lij vero Belial dixerunt:* Num ſaluare nos po- terit iſte?

1. *Reg*. 23. *v*. 2. *Et ait Dominus ad Dauid: Va- de & percuties Phili- ſtæos, & Ceilam ſalua- bis.*

2. *Reg*. 19. *v*. 9. *Rex liberauit nos de mani- nibus inimicorum no- ſtrorum*, ipſe ſaluabit nos de manu Philiſtinorũ.

3. Reg.

3.Reg.1.v.12.Nunc ergo veni, accipe conſiliũ à me & ſalua animam tuam filijque tui Salomonis.

3.Reg.20.v.31. Egrediamur ad Regem Iſrael *forſitan ſaluabit animas noſtras.*

4.Reg.6.v.26. Cumque Rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quędam exclamauit ad eum dicens: *ſalua me Domine mi Rex.* Qui ait: Non, te ſaluat Dominus, *vnde te poſſum ſaluare?* de area vel de torculari?

Ier.48.v.6. Fugite, *ſaluate animas veſtras*: & eritis quaſi myricæ in deſerto.

Declaratio.

VEre propriè, & primariè, atque æternaliter non ſaluat, niſi ſolus Deus, propria ſcilicet virtute, ſicut & liberat: homo autem non niſi Dei ſolius virtute, impropriè & ſecũdario, ſeu miniſterialiter, & executiuè ſeu impetratiuè, aliaue accidentaria cooperatione duntaxat, idque corporaliter, & temporaliter potiſſimum.

CAP. XL.	CAP. XL.
Deus ſolus Rex noſter.	**Etiam homines ſunt Reges.**
ESther.14.v.3. Domine mi, *qui Rex noſter es ſolus*, adiuua me ſolitariam, & cuius præter te nullus	1.REg.12.v.11. Dixit autem Samuel ad vniuerſũ Iſrael: Ecce audiui vocem veſtram, iuxta omnia eſt

uxiliator alius.
ſaiæ.33.v.21. Domi-
enim iudex noſter
ninus legifer no-
, *Dominus Rex no-*
ipſe ſaluabit nos.
.10.v.7. Quis non
ebit te ô *Rex Genti-*
& v.10. Dominus
em Deus verus eſt?
Deus viuens & Rex
iternus.
Machab. 1. v. 24. Et
emiæ erat oratio
c habens modum.
nine Deus omni-
creator terribilis
rtis, iuſtus & mi-
ors, *qui ſolus es bo-*
ex, ſolus prȩſtans,
s iuſtus, & omni-
ns & æternus.

quæ locuti eſtis ad me, &
conſtitui ſuper vos re-
gem. Et nunc Rex gra-
ditur ante vos.

1. Reg. 15. v. 1 *Et dixit*
Samuel ad Saul: Me mi-
ſit Dominus, vt vngerē
te in regem, ſuper po-
pulum meum Iſrael.

1. *Reg. 16. v. 1. Dixit-*
que Dominus ad Samu-
elem: vſquequo tu luges
Saul. cum ego proiece-
rim eum ne regnet ſuper
Iſrael. Imple cornu tu-
um oleo & veni vt mit-
tam te ad Iſai Bethle-
hemitem : prouidi e-
nim in filijs eius mihi
Regem.

Pro. 8. v. 15. Per me Re-
ges regnant, *& legum*
conditores iuſta dicer-
nunt

Declaratio.

Homines fuiſſe, eſſe, & eſſe poſſe Reges tota ſcriptura veteris & noui teſtamenti
at, & teſtatur. Solus tamen Deus Rex eſt,
ſo, rex ſummus, rex æternus, immortalis,
ipotens, Rex totius mundi, Rex Regum &
inus dominantium, cui nemo reſiſtere po-
Talis Rex nullus hominum fuit, nec eſſe
ſt; ſed omnes Reges, qui fuerunt, ſunt, vel

 erunt,

erunt, ſub Deo ſunt reges miniſtratorij, temporanei, mortales, fragiles, ſuper quoſdam tantùm ſibi commiſſos ſubditos conſtituti.

CAP. XLI.
Solus Deus Iudex noſter.

ESaiæ 33. v. 21. Dominus enim *Iudex noſter.*

Heb. 12. v. 22. Acceſſiſtis ad Sion Montem & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorũ, qui conſcripti ſunt in cælis, & *Iudicem omnium Deum.*

Iacob. 4. v. 12. *Vnus eſt* legislator *& Iudex.*

Iacob. 5. v. 9. Ecce *Iudex ante ianuam aſſiſtet.*

CAP. XLI.
Etiam homines ſunt, & dicuntur Iudices.

DEut. 16. v. 18. Iudices & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, *quas Dominus Deus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent.*

Deut. 17. v. 12. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo,* ex decreto Iudicis, morietur homo ille, *& auferes malum de Iſrael: cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.*

Iudicum. 2. v. 16. *Suſcitauitque Dominus Iudices,* qui liberarent eos, de vaſtantium manibus.

2. Par. 19. v. 5. *Conſtituitque Iudçies terræ* in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca, &

ca,& præcipiens Iudicibus, videte,ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini: & quodcumq; iudicaueritis in vos redundabit.

Sap.6.v.2.Audite ergo Reges, & intelligite, *diſcite Iudices finium terræ.* Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis,& virtus ab altiſſimo.

Declaratio.

DEVS ſolus eſt Iudex æternus, immortalis, ſummus, omnium tam viuorum quam mortuorum, qui & animam & corpus non ſolum temporaliter, ſed etiam æternaliter iudicare & punire poteſt. Homo ſub Deo miniſter eſt tantùm, & commiſſarius Iudex limitatus, temporalis, & mortalis, quorundam non omnium, huius duntaxat, non futuræ vitæ; qui & ipſemet reddet rationem Deo, à quo ſolo Iudicis & iudicandi ad tempus, & in hac vita, poteſtatem accepit.

CAP. XLII.
Solus Deus legifer, ſeu legislator eſt.

PSal.83.v.8. Etenim benedictionē *dabit legislator.*

Eſa.33.v.21. Dominus *legifer noſter.*

Iacob.5.v.12. Vnus eſt *legislator.*

CAP. XLII.
Etiam alij ſunt legislatores, ſeu legum conditores.

IOb.36.v.13.*Ecce, Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis* in legislatorib.

Pſal.9.v.21.Conſtitue Domine legislatorē ſu

per eos, *vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.*

Pro. 8.v.15. Per me Reges regnant, & legum conditores *iuſta decernunt.*

Declaratio.

SOLVS Deus ſummus, & propria auctoritate atq; poteſtate, eſt legislator ac legifer noſter: ſolus leges tulit & ferre poteſt ſanctas, immaculatas, irrefragabiles, iuſtificantes, ad quas omnes & ſinguli pro ſua quiſque vocatione & functione, ſecundum mentem & voluntatem legislatoris, ſub periculo ſalutis obligati fuerunt, ſunt, & erunt ad finem vſque mundi. Abſque illius auctoritate, nullus eſt ordinarius vel legitimus legislator: nullus iuſta decernere, vel leges ferre poteſt, quæ ſubſiſtere vel alios in conſcientia obligare queant: ſed omnes legislatores, quales etiam cunque ſint, Deo ſummo & vni legislatori ſubſunt, & ſeſe ſuasque ſanctiones illius legibus atque voluntati ſubijcere, & conformare debent, agnoſcereque, omnem ſuam auctoritatem & poteſtatem, non niſi diuinitus conceſſam, & vni ſolique Deo acceptam eſſe ferendam.

CAP. XLIII.

Solus Deus adorandus.

4. REg.17.v.36. Dominum Deum veſtrum, qui eduxit

CAP. XLIII.

Etiam alij, & alia licitè adorari poſſunt.

GEn.18. v.2. S. Abraham adorauit *pronus in terram*, tres vos

vos de terra AEgypti in fortitudine magna & brachio extento, ipſum timete, & *illum adorate*, & illi immolate.

Pſal.21. v. 28. *Adorabunt in conſpectu eius*, Vniuerſæ familiæ gẽtium.

Pſal. 28. v. 2. *Adorate Dominum*, in atrio eius

Pſal.44. v. 12. Ipſe eſt Dominus tuus, *& adobunt eum.*

Pſal. 65. v. 4. Omnis terra *adoret te*, & pſallat tibi.

Pſal.71. v. 11. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ*: omnes gentes ſeruient ei.

Pſal.96. v. 7. *Adorate eum, omnes* Angeli eius.

Iſa .66. v. 23. Veniet omnis caro, *vt adoret coram facie mea*, dicit Dominus.

Math.4. v 10 & Lucæ. 4. v. 8. *Dominum Deum tuum adorabis* & illi ſoli ſeruies.

Angelos, *quos putabat eſſe homines.*

Ge 19. v. 1. S. Loth adorauit duos Angelos, *in ſpecię hominum venientes.*

*Gen.*23. *v.* 7. Abraham adorauit populum terræ, *filios videlicet Heth.*

*Gen.*27. *v.*29. *Seruiant tibi populi, (dixit Iſaac, benedicens Iacob)* & adorent te tribus: *eſto Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij Matris tuæ.*

*Gen.*33. *v.* 3. *Iacob progrediens* adorauit (Eſau fratrem ſuum) pronus in terram ſepties, *donec appropinquaret frater eius. Et v.*6. *& appropinquantes Ancillæ & filij earum, incuruati sũt. Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cum* ſimiliter adoraſſent: extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt.

Gen. 37. *v.* 7. *Vidit Ioſeph per ſomnium, quod & ſratres & Pater ac*

Io. 4. v. 23. Sed venit hora & nunc eſt, *quãdo veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.* Nam & Pater tales quærit, *qui adorent eum.*

Ap. 7. v. 7. Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: *& adorate eum*, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.

Ap. 19. v. 10. & 22. v. 9. *Deum adora.*

Mater ipſum eſſent adoraturi.

Gen. 42. *v.* 6. *Fratres Ioſeph ipſum in Aegypto Principem conſtitutum, ſed non agnitum*, proni adorauerunt in primo acceſſu.

Gen. 43. *v.* 26. *Iterum eundem, offerentes ei munera & tenentes in manibus*, adorauerunt proni in terram.

Gen. 44. *v.* 14. *Omnes fratres eius qui erant præſentes*, ante eũ proni in terrã corruerũt.

Gen. 48. v. 12 Cumque tuliſſet Ioſeph illos (duos filios ſuos) de gremio Patris, *adorauit pronus in terram.*

Gen. 49. v. 8. Iacob benedicens filijs ſuis congregatis, cùm iam eſſet morti vicinus, dixit ad Iudam. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, *adorabunt te filij Patris tui.*

Ioſue. 5. v. 13. Cum autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos & vidit virũ ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit; Nequaquam: Sed ſum princeps exercitus Domini, & núc venio. *Cecidit Ioſue pronus in terram. Et adorans ait*: Quid Dominus meus loquitur ad ſeruũ ſuum? Solue: inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis:

locus

locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitque Ioſue vt ſibi fuerat imperatum.

Ruth 2. v. 10 Ruth cadens in faciem ſuam, *& adorans ſuper terram,* dixit ad eũ (Booz ſcilicet) vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem.

1. Reg. 20. v. 41. Cumque abijſſet puer, ſurrexit Dauid de loco, qui vergebat ad Auſtrum, *& cadens pronus in terram* (ante Ionatham filium Saul) *adorauit tertio*, & oſculantes ſe alterutrum fleuerunt pariter.

1. Reg. 24. v. 9. Dauid clamauit poſt tergum Saul (poſtquam egreſſus eſſet de ſpelunca) dicens Domine mi Rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: *Et inclinans ſe Dauid pronus in terram adorauit.*

1. Reg. 25. v. 23. Cum autem vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, *& procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram, & cecedit ad pedes eius.*

1. Reg. 28. v. 14. Saul ſpiritum Samuelis defuncti ſibi apparentem videns & agnoſcens, *inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit.*

2. Reg. 9. v. 6. Miphiboſeth filius Ionathæ filij Saul veniẽs ad Dauid, *corruit in faciẽ & adorauit*,

2. Reg. 14. v. 4. Mulier Thecuitis ingreſſa ad Dauid Regem, *cecidit coram illo in terram, & adorauit*, & dixit ſerua me Rex. Et. v. 22. *Cadensq́; Ioab* (Princeps militiæ) *ſuper faciem ſuam in terram, adorauit* & benedixit Regi. Et. v. 33. Vocatusq́ue Abſolom (filius Dauid) & intrauit ad Regem, *& adorauit ſuper faciem terræ coram eo:* oſculatuſq́ue eſt Rex Abſolon. 2. Reg. 18. v. 28. Clamans autem Achimaas, dixit ad Regem:

Salue Rex: *Et adorans Regem coram eo pronus in terram*, ait: Benedictus Dominus Deus tuus.

2.Reg. 24. v. 20. Conſpicienſque Areuna, animaduertit Regem, & ſeruos eius tranſire ad ſe: *& egreſſus, adorauit Regem prono vultu in terram.*

3.Reg. 1. v. 16. Inclinauit ſe Bethſabee, *& adorauit Regem.* Et. v. 22. Adhuc illa loquente cum Rege, venit Nathan Propheta. Cumque introiſſet in conſpectu Regis, *& adoraſſet eum pronus in terram, dixit Nathan.* Et. v. 31. *Summiſſoq; Bethſabee in terram vultu, adorauit Regem.*

3.Reg. 2. v. 19. Venit ergo Bethſabee ad Regem Salomonem (filium ſuum ex Dauid) vt loqueretur ei pro Adonia: *& ſurrexit Rex in occurſum eius adorauitque eam*, & ſedit ſuper thronum ſuum poſituſque eſt thronus Matri Regis, quæ ſedit ad dextram eius.

4. Reg. 1. v. 13. Iterum miſit (Rex Ochozias) Principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum veniſſet, *curuauit genua contra Eliam*, & precatus eſt eum, & ait: Homo Dei, non deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt,

4.Reg. 2. v. 15. Videntes autem filij Prophetarum, qui erant in Iericho econtra, dixerunt: Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Elizæum. *Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram.*

4. Reg. 4. v 37. Venit illa (Mulier Sunamitis, cuius filium Eliſeus à morte excitauerat) *& corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram*, tulitque filium ſuum & egreſſa eſt.

1. Par.

1. Par. 21. v. 21. Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſſit ei obuiam de area, *& adorauit eum pronus in terram.*

1. Par. 29. v. 20. Et benedixit omnis Eccleſia Domino Deo Patrum ſuorum, *& inclinauerunt ſe, & adorauerunt Deum, & deinde Regem.*

Iudith. 10. v. 19. Videns itaque Iudith Holofernem ſedentem in conopæo quod erat ex purpura & auro, & ſmaragdo & lapidibus pretioſis intextum: & cum in faciem eius intendiſſet, *adorauit eum, proſternens ſe in terram.*

Pſal. 98. v. 5. Exaltate Dominum Deum noſtrum *& adorate ſcabellum pedum eius*, quoniam ſanctum eſt.

Eſa. 60. v. 11. Et aperientur (loquitur ad ſpiritualem Ieruſalem hoc eſt, Eccleſiam noui Teſtamenti) portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentiũ & Reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit; & gentes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. *Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum* omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, & Sion ſancti Iſrael.

Daniel. 2. v. 46. Tunc Rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, *& Danielem adorauit.*

Act. 10. v. 25. Et factum eſt cum introiſſet Petrus, obuius venit illi Cornelius, & *procidens ad pedes eius adorauit.*

Heb. 11. v. 21. Fide Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit: *& adorauit faſtigium virgæ eius.*

Ap. 3. v. 6. Ecce faciam illos vt veniant (loquitur ad Angelum ſeu Epiſcopum Philadelphiæ) *& adorent & ante pedes tuos:* & ſcient quia ego delexi te.

Ap. 19. v. 9. Et dixit mihi: Scribe: Beati qui ad cænam nuptiarum Agni vocati ſunt: & dicit mihi: Hæc verba Dei vera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, *vt adorarem eum.* Et dicit mihi: Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora.

Ap. 22. v. 8. Et ego Ioannes qui audiui & vidi hæc. Et poſtquam audiſſem & vidiſſem, *cecidi, vt adorarem ante pedes Angeli*, qui mihi hæc oſtendebat: & dixit mihi: vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & confratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetię libri huius. Deum adora.

Declaratio.

SOLVS Deus, vt Deus, propter ſemetipſum hoc eſt cultu deitatis ſeu diuino, quique ſoli Deo competit, quem latriam vocant, eſt adorandus & tali ſenſu vel intentione nulla creatura, tam in cælo quam in terra adorari debet. Ideoque, quia Ethnici, & eos ſequuti plerique ex Iudæis, falſos Deos, Iouem, Saturnum & alios vel eorum imagines propter ipſos, vel ipſasmet etiam imagines vt viuos & veros Deos, colebant; tam ſerio & ſæpè Deus vetat adorare Deos alienos, ſimulacra videlicet ipſa, quæ pro

pro dijs habebant, vel in honorem falſorum Deorum erecta erant, quæ idcirco etiam idola vocabantur.

Angelos autem, vel homines, aut alias creaturas, non vt Deos, cultu diuino; ſed poſt, & propter Deum, cultu duliæ, aut reuerentiali, aut alioquin ciuili & politico adorare, Deus, vel ſcriptura ſacra non prohibet, ſed permittit & laudat etiam, vt patet ex multis, diuerſiſque exemplis proxime allegatis: imo & prædicit ac promittit Eccleſię eiuſque Rectoribus talem adorationem, vti ex Eſaiæ cap. 60, & Apocalypſi cap. tertio probatum eſt, & liquidò conſtat.

Etſi autem externa adoratio in corporis humiliatione ſeu inclinatione, vel genuflexione vel manuum complicatione aut extentione, vel ſimili cultu, quæ Deo, & Angelis, vel hominibus, alijſue creaturis corporaliter & viſibiliter exhibetur, eadem videatur, & nihil differre: differt tamen, & diſtinguitur interno cultu, & intẽtione diuerſa. Deo enim vt Deo & Ceratori omnium, propter ſemetipſum nos proſternimus ſupplices, flectimus genua, manus extendimus: Angelis verò, & Hominibus, vt creaturis & Miniſtris, & propter Deum tantum. Sicuti etiam in eodem cultu, & adorationis genere, magnum eſt diſcrimen, quando diuerſis diuerſa interim intentione ſecundum ſtatum vel meritum ſuũ externè defertur. Alia enim intẽtione ſummo Pontifici, aliter Cardinalibus, aliter Epiſcopis, vel alijs Prælatis præſtatur: ſicuti & diuerſo intuitu Imperatori, Regib. vel Principibus, itẽ Parentibus, Pręceptoribus, &c. ob diuerſam dignitatẽ, & præeminentiã vel poteſtatem,

tem, vnus & idem alioquin, ſecundum externum aſpectum vel viſibilem apparentiam, cultus & honorandi modus. Quapropter ipſa adoratio externa, quantumuis (vt videtur apparet) vniformis, & per omnia ſimilis, ex mente adorantis, & intentione cordis æſtimari ſemper, & diſtingui debet. Vnde rectè dictum eſt: Quicquid agunt homines, intentio dirigit actus.

Nec ſolum Angeli & homines, memorata limitatione & intentione, poſt Deum adorari poſſunt licitè & piè; ſed etiam aliæ creaturæ inanimatæ. Sanctus enim David adorauit ad ſanctum templum in timore Dei. Pſal. 5. v. 8. & petijt vocem deprecationis ſuæ, dum extollebat manus ſuas ad templum Dei ſanctum, exaudiri: Pſal. 27. v. 2: & S. Daniel ſingulis diebus ter flexis genibus cum eſſet in Babylonia, non ſine periculo vitæ etiam, verſus Ieruſalem, propter templum Domini, apertis feneſtris adorabat. Daniel. 6. v. 10.

Quin & Spiritus ſanctus per os Dauid iuſſit adorari ſcabellum pedum Dei, hoc eſt Arcam fœderis Dei (1. Par. 28. v. 2: & Thren. 2. v. 1.) ſupra quam etiam imagines duorum Cherubin erant, ex mandato Dei, collocatæ: Exaltate, inquit, Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Pſal. 98. v. 5. Et Pſalmo 133. v. 1. iubet Sacerdotes & Miniſtros templi, in noctibus extollere manus ſuas (quod etiam eſt adorationis genus) in ſancta, ſanctorum ſcilicet, hoc eſt verſus locum, vbi erat Arca Domini.

Templum tamen vel Arca fœderis non adorabantur propter ſe & ſuapte natura: ſed propter

pter Deum, qui in illo ex promiſſo habitabat; & in arca præſentiam ſuam ſingulariter promiſerat, & oſtendebat atque teſtatam faciebat: ſicque non tam templum, vel Arcam, quam ipſummet Deum adorabant, & adorare intendebant. Adoratio igitur vel honor aut reuerentia creaturæ propter Deum & Creatorem exhibita, nō in creatura ipſa deſinebat, vel in ipſam principaliter ſpectabat, ſed in ipſum Deum Creatorem omnium & principaliter, & finaliter, per intentionem cordis referebatur. Alioquin, ſine reſpectu Dei Creatoris, nullus creaturæ honos per ſe, nulla reuerentia, religioſè, deferri poteſt.

Huc ſpectat etiam, quod Chriſtus tam ſerio contra Scribas & Phariſæos aſſeuerauit: Qui iurat in Altari, iurat, inquit, in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt: & quicunque iurauerit in templo iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. Math. 23. v. 20. Et Math. 5. v. 34. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neq; per Ieroſolimam, quia Ciuitas eſt magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.

Si per creaturas iurans, ſimul, & quidem principaliter atque propriè iurat per Deummet creatorem: quidni etiam, & quidem multo magis, Creaturas propter Creatorem adorans, vel honorans; limitata & licita intentione; ipſum Deum Creatorē primariò, & principaliter, ac propriiſſimè etiam, adorare, vel honorare recenſendus erit?

Obſerua-

Obſeruatio.

QVando igitur licet Homines mortales, peccatis obnoxios, & in terris adhuc agentes recta & limitata intentione, adorare, ſine aliquo præiudicio, vel offenſa Dei: quur non multo, & quidē millies magis, Sanctos in cœlo beatos, immortales, & Dei Amicos ac cohæredes intimos, atque æternaliter eiuſdem regni conſortes? ſi ſanctos beatos quoſuis, quur non multo maximè, & ſupra omnes, Dei Sponſam, & glorioſiſſimam Matrem immaculatam Virginem Mariam, Dominam & Reginam cæli, ſuper omnes ſanctos & choros Angelorum à Filio ſuo, imo ipſiſſimâ ter ſanctiſſimâ Trinitate exaltatā. Si S. Iacob Patriarcha, & Propheta, ex fide adorauit faſtigium Virgæ ſeu ſceptri Ioſephi filij ſui tunc in AEgipto poſt Regem regnantis, intendens, videlicet, non in ſceptrum ipſum ſed in Chriſtum & eius regnum, ſeu Chriſtum Regem, cuius Ioſeph typus & figura erat: Heb. 11. v. 21: ſi Iudæi, quantumuis ad idololatriam procliuos, & non obſtantibus tot tantiſque mandatis, de non adorandis idolis & Dijs peregrinis, licitè & libere poterant, imo etiam debebant, ac tenebantur adorare Arcam Dei, quia Deo ſanctificata, & Dei ſingularem præſentiā ex promiſſo habebat, intendendo non arcam duntaxat, quam videbant, ſed principaliter in Deum ipſum quem non videbant, ſed præſentem ſciebant, & certiſſimè credebant: Quare non licebit etiam in nouo teſtamento, quando nullum, vel non tantum eſt periculum idololatriæ, coruſcante

paſſim

paſſim luce Euangelica, & hominibus in fide fundatis atque edoctis: quare in quā non licebit adorare etiam ter Sanctum, & Venerabile Sacramentum Altaris, in quo veraciter quidem & perſonaliter, ſed inuiſibiliter, ſupernaturaliter, & ſpirituali modo credimus, & ſcimus Chriſtum, Dei & Mariæ filium, verum Deum & hominem, præſentem, &, licet non corporis, cordis tamen oculis conſpicimus? quare non licebit præterea Crucem, vel Imaginem Chriſti adorare, referendo intentionem non in ipſam imaginem, vel crucem oculis expoſitam, ſed in rem ſignificatam, in Chriſtummetipſum ſcilicet, quem illa imago, vel Crucis effigies ſignificat, & mentis oculis quaſi præſentat? quare non itidem Imagines etiam Sanctorum cælitum, & potiſſimum ſanctiſſimæ virginis Matris licebit ſalua fide, & ſine blaſphemia, vel idololatriæ periculo ſuo modo & ſenſu, adorare, hoc eſt, religioſe, propter ſanctos ipſos, quos referunt, vt Dei amicos ſummos, venerari idque non ſupra, nec contra Deum nec æqualiter Deo, ſed propter Deum; qui vt in ſanctis ſuis blaſphematur & contemnitur ab impijs, ita etiam, à pijs & religioſis, in ſanctis ſuis laudatur, exaltatur, honoratur, atque (ſi debita adhibeatur & fidelis intentio) adoratur etiam finaliter & principaliter? Sicut enim quando intendimus per ſigna ſeu imagines, venerari ſeu adorari ſanctos, vt ſanctos, non vt Deos, (quod nulli cordati, & veri Catholici faciunt) ſed vt Dei amicos: non ipſa ſigna ſeu imagines in ſeſe, ſed ſanctos adoramus & veneramur, cultu illis debito, & diuinitus conceſſo.

Sic, ſi

Sic, ſi per ſanctos intendimus Deum ipſum honorare (quæ præcipua & finalis ſemper eſſe debet intentio) omnis honor, cultus & adoratio primò, & principaliter in Deum dirigitur atque tranſſfertur.

Non eſt igitur idololatria, nec contra mandatum Dei ſerioſiſſimè, & ſæpiſſimè repetitum, de non adorandis Dijs alienis, (vt tamen contra conſcientiam ſuam, & ipſiſſimam veritatem, impudenter non minus, quam impiè criminantur Iconomachi, & catholicis mendaciter & iniuſtiſſimè aſſingunt huius temporis perduelles hæretici) adorare imagines Chriſti, vel ſanctorũ eius, ritu & ſenſu catholico, hoc eſt, tali ſenſu & intentione, ſicuti præmiſſum, ac paulo ante memoratum eſt: nec eſt, vel eſſe poteſt periculum aut vlla veri ſimilitudo, quod Catholici imagines SS. Deiparæ, vel Sanctorum cælitum, vt idola, vel Deos adorent, aut venerentur, quum palam ſit vrbi & orbi vniuerſo, Catholicos SS. Deiparam, & ſanctos cælites, non niſi pro creaturis & hominibus, nequaquam autem pro Dijs habere, & præcipuum eſſe Catholicæ fidei articulum, duntaxat vnum eſſe Deum natura, & trinum in Perſonis. Patrem ſcilicet, Filium & Spiritum Sanctum. Quando autem Catholici veri & germani, ad vnum omnes, ſciunt, credunt, & fatentur non niſi vnum eſſe verum Deum; & SS. Mariam, non Deam ſed hominem, & Dei, ſecundum humanitatem Matrem; Sanctos etiam beatos, non Deos, ſed Dei miniſtros, amicos, coheredes, & regni conſortes eſſe: quomodo poſſunt imagines, vel ſigna SS. Deiparæ, vel ſanctorum pro Dijs habere & colere, (ſicuti

ſicuti Ethnici, & idololatræ ex Iudæis, ſua idola pro veris Dijs habebant, vel in honorem falſorum Deorum, quos veros Deos æſtimabant, venerabantur & colebant) quum ipſammet SS. Mariam, alioſque ſanctos, homines eſſe duntaxat, non ignorant? quomodo inquam poſſunt imagines habere, & colere vt Deos, quando eos, quorum ſunt imagines, non niſi homines fuiſſe, & eſſe, & certò ſciunt & ingenuè palamq́; confitentur? Idem quoque iudicium eſſe debet, de religioſa adoratione, hoc eſt, veneratione Reliquiarum ſanctorum cælitum, quos Catholici, non vt Deorum, ſed vt hominum ſanctorum & beatorum, reliquias piè meritòque venerantur. & debito, perſequuntur honore.

Quod vero S. Petrus non eſt paſſus Cornelium ſeſe adorare, proſtratũ in terrã; factum eſt ex humilitate; & quia Cornelius adhuc gentilis erat, & aliquid ſupra hominẽ de ipſo æſtimare poterat, ſecundum errores gentiliũ: & ſimiliter ſanctus Angelus, bis prohibuit S. Ioannem ſeſe adorare: non quod illicitum eſſet, vel peccaret S. Ioannes, vel erraret, ipſum Deum æſtimando, quem ſciebat non niſi Angelum eſſe, ſed quia in nouo Teſtmento, poſtquam Chriſtus homo natus, & humanam naturam diuinitati perſonaliter vniuit, ſicque frater noſter factus, & iam ſupra omnes cælos exaltatus eſt, non amplius permiſerunt ſeſe ab hominibus adorari, quod in veteri Teſtamento, priuſquam Chriſtus incarnatus eſſet, ſine vlla contradictione vel inhibitione vltro permiſerant fieri: vt taceam, quod S. Ioannes non communis, vel vulgaris aliquis ho-

mo, vel Chriſtianus ſimplex, ſed Diſcipulus & Apoſtolus Chriſti dilectiſsimus, ſed Euangeliſta, ſed Propheta, ſed Martyr ſanctiſsimus, & Amicus Dei ſummus, & vnus ex præcipuis Chriſti Legatis, & Eccleſiæ Principibus, & ſic Angelis quaſi, in miniſterio, ſimilis adeóq; æqualis, & Deo proximus fuerit, iudex totius mundi cum Chriſto, & à Chriſto nominatus & deſignatus, qui in extremo iudicio cum alijs Apoſtolis ſuper duodecim ſedes ſeſſurus, & duodecim tribus Iſrael, quiq; ſub illis & intelliguntur & comprahenduntur, iudicaturus erit: idq; ſciens Angelus, ſeſe conſeruum eius agnoſcens, à tanto, tamq; intimo Dei Amico & Apoſtolo, honorem talem (alioquin licitum & debitum & in veteri teſtamento Angelis præſtari ſolitum etiam) propter reuerentiam Apoſtolicæ dignitatis, & ſanctitatis eiuſdem ſummæ, deferri, vel admittere noluit.

Attendatur igitur, & obſeruetur debita, & diuerſa intentio ſeu differentia adorationis, ſecundum vſum, & mentem S. ſcripturæ, & non ſuberit aliquod idololatriæ periculum, nec dubitandi, vel diſceptandi, hoc nomine, locus deinceps relinquetur ſapientibus, & illis quorum corda Deus huius ſeculi, hoc eſt, diabolus, non excæcauit.

CAP.

CAP. XLIV.

Soli Deo honor & gloria.

1. PAra.29.v.11. Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, *& gloria*, atque victoria: *& tibi laus*: cuncta enim quæ in cælo ſunt & in terra, tua ſunt: tuũ Domine regnum, & tu es ſuper omnes Principes. Tuæ diuitiæ, *& tua eſt gloria*: tu dominaris omnium: in manu tua virtus & potentia: in manu tua magnitudo, & imperium omnium.

Pſal.28 v. 2. Afferte *Domino gloriam & honorem*, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.

Pſal. 65. v. 2. Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius, date gloriã laudi eius.

CAP. XLIV.

Etiam alijs honor & gloria deferri poteſt & debet.

GEn.45.v.13. *Nunciate Patri meo* vniuerſam gloriã meã.

Exod. 20. *v.* 12. Honora Patrem tuum, & matrem tuam, *vt ſis lõgæuus ſuper terram.*

Leuit. 19. *v.* 32. *Coram cano capite conſurge*, & honora perſonã ſenis.

Sy.3.v.3.Deus honorificauit Patrem in filiis. *Et v.* 5. *Sicut qui theſaurizat*, ita & qui honorificat matrem ſuam. Qui honorificat Patrem ſuum, *iucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui* honorat Patrem ſuum, *vita viuet longiore.*

Syr. 7. *v.* 33. *Honora Deũ ex tota anima tua*, & honorifica Sacerdotes.

Pſal. 93. v. 67. *Date gloriam Deo* ſuper Iſrael, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Pſal. 95. v. 7. *Afferte Domino gloriam & honorē*, afferte Domino gloriam nomini eius.

Eſa. 42. v. 8. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: *gloriam meam alteri non dabo*, & laudem meã ſculptilibus.

Eſa. 48. v. 11. Propter me, propter me faciã, vt nó blaſphemer: *& gloriam meam alteri nō dabo.*

Ier. 13. v. 16. Date *Domino Deo veſtro gloriam*, antequam contenebreſcat.

Rom. 11. v. 36. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, *ipſi gloria in ſecula.*

Gal. 1. v. 5. *Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum*, Amen.

Eph. 3. v. 21. *Ipſi gloria in Eccleſia*, & in Chriſto Ieſu in omnes

Syr. 38. *v.* 1. Honora medicum *propter neceßitatem: etenim illum creauit altißimus.*

Iudith. 15. *v.* 9. *Ioachim autē ſummus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliā, cum vniuerſis Presbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cum exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes:* Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificētia populi noſtri.

Pſal. 83. *v.* 12. *Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam &* gloriam dabit Dominus.

Pſal. 138. *v.* 17. *Mihi autem nimis* honorificati ſunt amici tui Deus.

Pſal. 149. *v.* 9 *Vt faciant in eis iudicium conſcriptum* : gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Pro. 11. *v.* 16. *Mulier gratioſa*, inueniet gloriam.

gene-

generationes ſeculi ſeculorum.

1. Tim.1.v.12. Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, *ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum*, Amē.

1. Pet.4.v.11. *Vt in omnib. honorificetur Deus*, per Ieſum Chriſtum: *cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum*, Amen.

Iudæ v. 25. *Soli Deo Saluatori noſtro* per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *gloria & magnificentia*, imperiū & poteſtas, ante omne ſeculum, & nūc & in omnia ſecula ſeculorum

Baruch. 4. *v.* 2. *Ne tradas alteri* gloriam tuam.

Malach. 1.*v.* 6. Filius honorat Patrem, *& ſeruus Dominum ſuum: ſi ergo Pater ego sū, vbi eſt honor meus: & ſi Dominus ergo ſum, vbi eſt timor meus?*

Matth. 15. *v.* 3. *Nam Deus dixit* : Honora Patrem & Matrem.

Lucæ 14. *v.*10. Tunc erit tibi gloria, *coram ſimul diſcumbentibus.*

Rom. 2.*v.*5. *Secundum autem duritiam tuam & impatiens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij* Dei : *qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: ijs quidem, qui ſecundum patientiam boni operis*, gloriam & honorem , & incorruptionem, quærunt, *vitam æternam.*

Et v.10. *Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum.*

Rom.12.v.10. *Honore inuicem præuenientes.*

Rom. 13. v. 7. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: *cui honorem, honorem.*

2. Cor. 1. v.12. *Nam gloria noſtra hæc eſt*, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

Eph. 6. v.2. *Honora Patrem tuum, & matrem tuam.*

1. Tim. 5. v. 17. Qui bene præſunt Presbyteri, *duplici honore digni habeantur.*

1. Tim. 6. v. 1. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, Dominos ſuos *omni honore dignos arbitrentur.*

1. Pet. 2. v. 17. *Omnes honorate*: fraternitatem diligite: Deum timete: *Regem honorificate.*

Declaratio.

SOLI Deo honor & gloria, quæ videlicet Deo ſoli debetur, hoc eſt, diuinus honor, & diuina gloria, nulli niſi ſoli Deo perſolui debet, vel ſine ſacrilegio, aut idololatria alteri deferri poteſt. Et ideo Deus non dicit, Ego Dominus gloriam alteri non dabo: hoc enim facturum S. Dauid pollicetur. Pſal. 83. v. 12. ſicut & S. Paulus Rom 2. v. 10. ſed gloriam meam, hoc eſt, mihi ſoli debitam: expreſsè namque ipſemet promittit Deus: Quicunque glorificauerit me glorificabo eum. 1. Reg. 2. v. 30. ſimiliter quoq; honorificabit, Chriſto obedientes, & eius veſtigia ſequentes: Io. 12. v. 26. ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus: quin & non ſolum ſanctos beatos, ſed etiam necdum defunctos gloria & honore coronat. Pſal. 8. v6. & clamantes ad ſe iuſtos, eripiet, & glorificabit Pſal. 90. v. 15. Nec ſolum permittit, ſed etiam expreſſè, ſerioque, ac ſæpius etiam mandat, alios puta, Sacerdotes, Reges, Parentes, ſeniores, Dominos & quoslibet etiã ſecundũ ſuum ſtatũ & officiũ, ex mutua charitate, & ſpontanea humilitate, debita etiam obſeruantia, honorari: vt ex allegatis exemplis & S. Scripturæ teſtimonijs, luce clarius manifeſtum euadit.

Obſer-

Obſeruatio.

SI *homines mortales, & ſubinde peccatores, quorum pleriq; nunquam ſalui fient, licet propter temporalem dignitatem vel ſanctitatem, glorificare & honorare, ſine iniuria, aut præiudicio gloriæ & honoris* Dei: *quidni etiam immortales, & vere atq; æternaliter beatos?* Si Deus *permittit, imo etiam iubet honorare, atq; ipſemet honorat & glorificat homines ſanctos, vel vicarios & miniſtros ſuos huius; quanto magis ſanctos æternos, & intimos, atq; perpetuos, proximoſq; amicos futuri ſeculi? & inter illos imo præ illis, & præ omnib. SS. Virginem &* Matrem *ſuam, cum cæteris, & præ ceteris cohæredem, & regni conſortem in cœlis?*

Maximam *igitur, & ſummam, atq; adeo intolerabilem faciunt ſanctis cæleſtibus iniuriam* Nouatores, & Hagiomachi *noſtri ſeculi, qui non ſolum illis debitum, & à* Deo *conceſſum, adeoq; decretum honorem malitioſè impediunt ac prohibent: ſed etiam, ob licitos & debitos illis honores exhibitos,* Catholicos *idolomaniæ accuſare, & dānare non erubeſcunt: imo ſemetipſos ſanctis beatis præponunt, non impiè minus quam temerariè & præſumptuosè: quando gloriam & honorem, quem ſanctis cæleſtibus inuident & prohibent, ſibi & ſuis quam diligentiſsimè exhiberi, imperioſé efflagitant & non ſine grauiſsimæ pœnæ vel indignationis periculo, ſerio, expreſſeq; adeoq; continentur demandant, vt non ſolum vrbi, ſed etiam* Orbi, *non tantum ex hiſtoriis, ſed etiam oculari teſtimonio, & quotidiano conſpectu, vſu, & experientia teſtatiſsima conſtat.*

CAP-

CAP. XLV.

Solus Deus laudandus.

1. PAra.29.v.11. Tua eſt Domine magnificentia & potentia, & gloria atque victoria: *& tibi laus.*

Pſal.49. v.14. Immola Deo *ſacrificium laudis*. Et.v.23. *Sacrificium laudis*, honorificabit me.

Pſal.112.v.1. *Laudate pueri Dominum*, laudate nomen Domini.

Pſal 116.v.1. *Laudate Dominum*, omnes gentes: *laudate eum* omnes populi.

Pſal.144.v.21. *Laudationem Domini* loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini ſancto eius.

Pſal.148.v.1. *Laudate Dominum* de cælis, *laudate eum* in excelſis. *Laudate eum* omnes Angeli eius: *laudate eũ* oẽs virtutes eius.

Pſal.150.v.6. Omnis

CAP. XLV.

Etiam alij laudari poſſunt & debent.

PRo. 10.v.7. *Memoria iuſti*, cum laudibus.

*Pro.*27.*v.*2. Laudet te alienus, *& non os tuũ, extraneus & non labia tua.*

Pro. 28. *v.* 20. *Vir fidelis*, multùm laudabitur.

Pro. 31. *v.* 30. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo*: mulier timẽs Deum ipſa laudabitur.

*Eccl.*4. *v.* 2. Laudaui magis mortuos quam viuos.

*Syr.*31.*v.*8. *Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum nõ abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, &* laudabimus eum.

*Syr.*44. *v.* 1. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros, *in* ſpiritus

ſpiritus *laudet Dominum*. Per ipſum *offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo.*

Apoc. 19. v. 1. Salus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt. Et v. 5. *Laudem dicite Deo noſtro*, omnes ſerui eius, & qui timetis cũ puſilli & magni.

generatione ſua. Et v. 7. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habẽtur in laudibus. *Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.* Et v. 15. *Sapientiam ipſorum narrent populi, &* laudem eorum nũciet Eccleſia.

Lucæ 16. v. 8. Et *laudauit Dominus Villicum* iniquitatis, quia prudenter feciſſet; quia filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

Heb. 11. v. 7. vſque ad finem, laudat fidem SS. Patrum veteris Teſtamenti.

Declaratio.

SOLVS Deus vt Deus, & propter ſemetipſum laudandus eſt, & nemo alius, ſicuti, & ſimili ratione adoratio, gloria & honor illi ſoli debetur. Poſt Deum tamen, & propter Dei vel miniſterium, vel mandatum, ſicque in Deo, & propter Deum, meritò licitèque etiam alij laudantur, ſicuti & adorantur, & honorantur ac glorificantur, ſuo ſenſu & modo, certaque limitata intentione, vt ſupra dictũ eſt, & probatum eſt ſatis. Imo, quare nemo propter ſemetipſum, ſed propter Dei vel gratiam, vel iuſſionem laudatur, non tam homo ipſe, quam Deus in homine laudatur, adoratur, honoratur, & omnis illa laus, & reuerentia, quæ ho-

minibus, non niſi propter Deum impenditur, propriè, & finaliter tota in ipſum Deum refertur: ſicque non tam ſancti, aut creaturæ vllæ laudantur, quam Deus ipſemet in creaturis & ſanctis ſuis laudatur, quod S. etiam Dauid expreſsè fieri iuſſit Pſal. 150. v. 1. Laudate, inquit, Dominum in ſanctis eius.

Obſeruatio.

Nihil igitur derogat laudi & honori Dei, ſi Sancti cælites, & beati, in Deo & propter Deum laudentur publicis vocibus, & officiis, diebus, ac ſignis: ſed potius laus & gloria Dei amplificatur & prædicatur magis, quare nihil in ſanctis honoratur, vel laudatur, niſi quod à Deo acceperunt, & ad Dei honorem & gloriam referri debet, gratia, videlicet, ſanctitas, & beatitudo. Si homines mortales adhuc & peccatis obnoxios propter Deum, & eius dona laudibus extollere, & eorum piè facta prædicare licet; quanto magis, verè, & æternaliter ſanctos, & præter immortalitatem, etiam cæleſtem beatitudinem, & regnum Dei reipſa poſſidentes? & inter illos, imo ſupra illos omnes, in Deo, & propter Deum, ter ſanctiſsima & laudatiſſima Deipara & Virgo Maria.

CAP. XLVI.

Deus ſolus inuocandus eſt.

PSal. 17. v. 7. In tribulatione mea *inuocaui Dominum*, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de tẽplo

CAP. XLVI.

Etiam alij inuocari licitè, & vtiliter poſſunt.

GEn. 20. v. 7. *Nunc ergo redde Viro ſuo (inquit Deus ad Abimelech, qui vxorem A-*

ſancto

ſancto ſuo vocē meā.

Pſal. 49. v. 15 *Inuoca me in die tribulationis*, eruam te, & honorificabis me.

Pſal. 52. v. 6. *Deum non inuocauerunt*, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Pſal. 98. v. 7. *Inuocabunt Dominum*, & ipſe exaudiebat eos.

Pſal. 119. v. 1. *Ad Dominum*, cum tribularer, *clamaui, & exaudiuit me.*

Eſa. 35. v. 6. *Quærite Dominum*, dum inueniri poteſt, *inuocate eum dum prope eſt.*

Ioel 2. v. 32. Et erit *omnis qui inuocauerit nomē Domini ſalu⁹ erit.*

Rom. 10. v. 13. Idem Dominus omnium, *diues in omnes qui inuocant illū.* Omnis enim *quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.*

brahæ, putans eius ſororē eſſe, ad ſe tulerat) vxorē quia Propheta eſt, & orabit pro te, & viues.

Gen. 48 *v.* 16. Angelus (*inquit S. Iacob, benedicens ante mortem filijs Ioſeph*) qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoq; Patrum meorum Abrahā & Iſaac.

Exod. 8. v. 8 *Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis.* Orate Dominum, *vt auferat ranas à me, & populo meo. Et v* 12. *Clamantibus Moyſe & Aaron ad Dominum*, *Deus fecit iuxta verbum eorum, & mortuæ ſunt ranæ. Et v.* 29. Rogate pro me, *inquit Pharao: & orante Moyſe; Deus muſcas abſtulit.*

Ex. 9. v. 28. Orate Dominum, (*inquit Pharao ad Moyſen & Aaron*) *vt deſinant tonitrua Dei & grando. Et orante Moyſe; ceſſarunt tonitrua.*

Num. 21. v. 7. Venerunt filij Iſrael ad Moyſen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti

locuti ſumus contra Dominum, & te, *Ora, vt tollat à nobis ſerpentes.* Orauitque Moyſes pro populo; & exauditus eſt.

1. Reg. 17. v. 8. *Ne ceſſes* (dicebant filij Iſrael ad Samuelem) *pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum*, vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum.

1. Reg. 12. v. 19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem: *& dixit vniuerſus populus ad Samuelem: Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum,* vt non moriamur.

3. Reg. 13. v. 6. Et ait Rex (Ieroboam) ad virum Dei: *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me,* & reſtituatur manus mea mihi: Orauitque vir Dei faciem Domini, & reuerſa eſt manus Regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat.

4. Reg. 19. v. 1. Quæ cùm audiſſet Ezechias Rex, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſuſque eſt domum Domini. Et *miſit* Eliacim Præpoſitum domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de Sacerdotibus, opertos ſaccis, *ad Iſaiam Prophetam* filium Amos. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blaſphemię dies iſte: venerũt filij vſque ad partum, & vires non habet parturiens. Si forte audiat Dominus Deus tuus vniuerſa verba Rabſacis, quem miſit Rex Aſſyriorum dominus ſuus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: *& fac orationem pro reliquiis, quæ reperta ſunt.*

Iudith. 8. v. 28. Et dixerunt illi (Iudith) Ozias & Presbyteri: Omnia quæ locuta es, vera ſunt,

ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehenſio. *Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es,* & timens Deum. Et v. 33. Vos autem (reſpondit Iudith, inter alia, ad illos) nolo vt ſcrutemini actum meum, & vſque dum renunciem vobis, *nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum.*

Eſther 4. v. 15. Rurſumque Eſther hæc Mardochæo verba mandauit: Vade & congrega omnes Iudæos, quos in Suſan repereris, *& orate pro me.* Non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis, ſimiliter ieiunabo, & tunc ad Regem ingrediar.

Iob. 42. v. 7. Poſtquam autem locutus eſt Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam*, vt non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad me recta, ſicut ſeruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophat Naamathites, *& fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos, & ſuſcepit Dominus* faciem Iob. Dominus quoque conuerſus ad pœnitentiam Iob, *cum oraret pro amicis ſuis.*

Ier. 37. v. 3. Et miſit Rex Sedecias Iuchal filium Selemię, & Sophoniam filium Maaſię ſacerdotem ad Ieremiam Prophetam, dicēs: *Ora pro nobis Dominum Deum noſtrum.*

Ier

Ier. 42. v. 1. Et acceſſerunt omnes Principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Ieſonias filius Oſaiæ, & reliquum vulgus à paruo vſque ad magnum: Dixeruntque ad Ieremiam Prophetam: *Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuerſis reliquijs iſtis*, quia derelicti ſumus pauci pro pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur.

Lucæ. 7. v.3. Centurionis autem cuiuſdam ſeruus male habens erat moriturus: qui illi erat pretioſus. Et cum audiſſet de Ieſu, *miſit ad eum ſeniores Iudæorũ, rogans eum vt veniret, & ſaluaret ſeruum eius.* At illi cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicitè dicentes ei: Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. *Ieſus autem ibat cum illis.* Et cum iam non longe eſſet à domo, *miſit ad eum Centurio Amicos dicens:* Domine, noli vexari: Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres. *Propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te:* ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Ro. 15 v 30. *Obſecro ergo vos fratres, per D. noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum*, vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Ieruſalem ſanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiſcum.

2. Cor. I. v. 9. Ipſi in nobismetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: *in quem ſperamus, quoniam adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis.*

Eph.

Eph. 6. v. 18. Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu *& in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis & pro me*, vt detur mihi ſermo in aparitione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelij: pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.

Philip. 1. v. 18. Quid enim? Dum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur: & in hoc gaudio, ſed & gaudebo. *Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram orationem*, & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu Chriſti.

Coloſſ. 4. v. 2. Oratione inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione: *orantes ſimul & pro nobis*, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti (propter quod etiam vinctus ſum) vt manifeſtum illud, ita vt oportet me loqui.

1. Theſſ. 4. v. 26. *Fratres orate pro nobis.*

2. Theſſ. 3. v. 1. De cetero *fratres orate pro nobis*, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus.

1. Tim. 2. v. 1. Obſecro igitur primum omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus (ergo etiam pro ſeipſo) hominibus: pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate, *hoc enim bonum eſt, & acceptum, coram Saluatore noſtro Deo.*

Philem.

Philem. v. 22. Nam ſpero *per orationes veſtras donari me vobis.*

Heb. 13. v. 18. *Orate pro nobis.*

Declaratio.

SOlus Deus, vt Deus, propriè inuocari debet; non vt oret pro nobis, vel aliunde impetret quod petimus, ſed ipſe ſuapte & propria virtute largiatur, Angeli & homines inuocantur, non vt Dij, ſed vt vnius Dei miniſtri & amici: non vt ipſimet propria virtute largiantur quod petimus, ſed vt apud Deum, fontem & datorem omnium bonorum, pro nobis, vel nobiſcum, intercedendo & orando, impetrent. Ita inuocare alios vt orent pro nobis ſcilicet Deum, & vtile eſt, & Deo placet plurimùm, vt patet ex Scripturis & exemplis allegatis; nec feciſſet vnquam S. Paulus (qui tamē ipſemet aſſiduus fuit in orationibus, & pro aliis quoque indeſinenter orauit, vt videre eſt. Rom. 1. v. 9. Philip. 1. v. 4. Col. 1. v. 3. 2. Theſſal. 1. v. 11.) niſi probè ſciuiſſet, & Deo gratum eſſe inuocare alios pro interceſſione, & iſtiuſmodi orationes & interceſſiones valde eſſe vtiles, & ſalutares, & Chriſti officio atque interpellationi, quā per ſemetipſum, & propriis meritis facit, haudquaquam eſſe contrarias, aut illam obſcurare, ſed illuſtrare & commēdare magis: quia nihil vel à nobis, vel per alios oratur vel petitur, niſi per merita Chriſti, ac per ipſummet Chriſtum Dominum noſtrum.

Obſeruatio.

N*Vlla igitur ratione inuocatio Sanctorum, qui*

i in cælis ſunt, & regnant cum Chriſto, vt pro bis, & nobiſcum, in Chriſti nomine, Deum o-nt, vel Scripturæ Sacræ, vel Dei voluntati, vel hriſti honori, aut officio repugnat. Si enim licet, pium atque ſalutare, atque adeo tam in vete-quam nouo Teſtamento, tam ſolenne fuit & cō-uetum alios pro interceßione ad Deum compella-e & rogare: ſi etiam Deus hoc nomine Abime-ech ad Abraham, & Amicos Iob, ad ipſum Io-bum remiſit: ecquur non licebit multo & cōfidē-tius & vtilius ſanctos beatos, & Deo proximos, at-que perpetuos amicos, & inter illos pro omnibus S S. Deiparam pro ſimili interceßione ad Deum per Chriſtum, interpellare & rogare: quorum vti-que interceßio & gratior & efficacior eſt, quam eorum qui adhuc mortales, lutei, infirmi, peccatis obnoxij, & forſan Dei amici non ſunt, vel diu e-runt, quiq; pro ſeipſis adhuc orare, & ſoliciti eſſe debent: ſi etiam eorum qui adhuc peccatores, & perfecti, aut beati non ſunt, interceßionem petere & implorare, Chriſti officio & meritis non dero-gat, quomodo derogabit, ſi eorum interceßionem efflagitemus, qui ab omni peccato liberati, & verè atque æternaliter beati, & de ſua ſalute planè ſunt ſecuri? Nulla poteſt iuſta ratio, nulla legiti-ma differentia aßignari, quare minus, imo non multo magis, liceat inuocare ſanctos beatos in cæ-lis, quam ſanctos qui necdum ſunt beati in terris, & in hac valle lacrymarum nobiſcum adhuc ver-ſantur in ſtadio, certamine, & luctu, & periculis quotidianis. Hoc ſolum diſcrimen prætendi poteſt

 & alle-

& allegari, quod homines adhuc mortales ſint nobis præſentes, cælites abſentes; iſti audire & intelligere poßint preces noſtras, & deſiderium; hi verò nequaquam, vt apparet. Sed ſupra dictũ & apertiſſimè demonſtratum eſt, cap. 38. Sanctos beatos, & Dei faciem clarißimè intuentes, non minus quam Angelos ſcire poſſe, & ſcire cordium noſtrorum preces, & deſideria: non quidem per ſeſe & naturaliter, vel ſuapte virtute; nequaquam: hoc enim ſolius Dei eſt: ſed per ſpiritum & reuelationem Dei.

CAP. XLVII.

Deus per ſemetipſum, aut nomen ſanctum ſuum, & filij eius Ieſu Chriſti, inuocari debet.

PSal. 19. v. 8. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in *nomine Domini Dei noſtri inuocabimus.*

Daniel, 9. v. 17. Nũc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui

CAP. XLVII.

Deus etiam per commemorationẽ, merita, & preces aliorum, licitè & vtiliter inuocari poteſt.

EXod. 32. v. 9. *Rurſumq́, ait Dominus ad Moyſen: Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit:* dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, *& deleam eos, faciamq́, te in gen-*

uit

ti & preces eius: & tende faciem tuam uper ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt, *propter temetipſum.* Et v.19. Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac: ne moreris, *propter temetipſum* Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum tuum.

Io. 15. v.16. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat: vt *quodcunque petieritis* Patrē *in nomine meo, det vobis.*

Io. 16. v. 23. Amen, amen dico vobis, ſi *quod petieritis Patrem in nomiue meo, dabit vobis.*

tem magnam. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum dicēs: Cur, Domine, iraſcitur ſuror tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & manu robuſta? Ne quæſo dicant Aegyptij: callidè eduxit eos: vt interficiat in montibus, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, *quibus iuraſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poßidebitis eam ſemper.* Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat, *aduerſus populum ſuum.*

Deut. 9. v. 25. Et iam (inquit Moyſes ad polum Iſrael) coram Domino quadraginta

diebus & noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat cõminatus, & orans dixit: Domine Deus ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam quam redemiſti in magnitudine tua quos eduxiſti de AEgypto in manu forti. *Recordare ſeruorum tuorum Abraham, Iſaac & Iacob:* ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem atq; peccatum.

2. Par. 6. v. 42. Domine Deus (orabat Salomon) ne auerſeris faciem Chriſti tui: *memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.*

Pſal. 131. v. 1. *Memento Domine Dauid*, & omnis manſuetudinis eius. Et. v. 10. *Propter Dauid ſeruum tuum*, non auertas faciem Chriſti tui.

Eſa. 63. v. 12. *Conuertere* (orat Eſaias ad Deum) (*propter ſeruos tuos* (Abraham. ſc. Iſaac & Iacob) tribus hæreditatis tuæ.

Baruch. 3. v. 4. Domine omnipotens, Deus Iſrael, *audi nunc orationem mortuorum Iſrael*, & filiorum qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei ſui.

Daniel. 3. v. 34. Ne quæſumus tradas nos (orabant tres pueri in camino ignis) in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum, neque auferas miſericordiam tuam à nobis, *propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſaac ſanctum tuum.*

Declaratio.

DEus quidem primò, & principaliter ſemper inuocandus eſt, per ſemetipſum, & per nomen ſanctum ſuum, nec non dilecti filij eius Ieſu Chriſti, maximè in Nouo tſteamento: tamen ſecundariò, vt citius pleniuſque, ſic inuo-

ıocando, exaudiamur, & propter noſtram
ıdignitatem vel imperfectionem oratio talis
n repudietur, vt minus ſit grata atq; efficax,
are licite & vtiliter poſſumus per comme-
orationem, etiam merita, & preces aliorum,
aximè piè defunctorum, quos certo ſcimus
eo placuiſſe, & placere: ſicuti fecerũt Moſes,
alomon, Baruch, Daniel & alij, de quibus ſcri-
turæ præallegatæ ſunt, exempla & teſtimo-
ia apertiſſima.

Placere autem tales preces, talemque inuo-
candi modum, per commemorationẽ ſcilicet
& merita aliorum, patet ex eo, quod S. Moyſes
per merita Abraham, Iſaac & Iacob Deum o-
rans pro populo, in idololatriam lapſo, Deum,
quantumuis ſumme iratum, placarit tamen:
quare eundem orandi modum poſtea alij ſancti
viri non minus, quam communis populus, dili-
genter obſeruarunt, & ſequuti ſunt: certo ni-
mirum perſuaſi, & experti etiam, iſtiuſmodi
inuocationem valde eſſe Deo gratam, & ad
eum placandum, illiuſque auxilium citius im-
petrandum, efficaciſſimam.

Præterea dubitari non debet gratum Deo
eſſe, quod ipſemet fieri præcepit. Ipſe autem
mandauit Abimelech, vt interceſſionem Abra-
hæ, quia Propheta ſanctus & Amicus Dei erat,
peteret, Gen 20. v. 7. ſimiliter & amicos Iob, ad
ipſum S Iob miſit, vt ipſius interceſſione indi-
gnationem diuinam, quam meruerant, auerte-
rent, & veniam conſequerentur reatus ſui gra-
uiſſimi. Iob. 42. v. 7.

Idem quoque planum eſt ex eo, quod Deus
aliorum interceſſiones pro alijs, qui illas peti-

erant factas, tam benigne ac promptè, exaudiuit. Exod. 8. v. 8. 12. & 29. Ex Exod. 9. v. 28. Num. 21. v. 7. 3, Reg 13. v. 6. 4. Reg. 19. v. 32. Ier. 42. v. 9. & 20. Lucæ. 7. v. 6.

Similiter ex eo quod Deus iuſſerit, non intercedere pro alijs, ne interceſſione illa quaſi impediretur ab executione parati furoris, & cōmeritæ punitionis impiorũ. Exo. 32. v. 1. Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, *dimitte me* (hoc eſt, non ores pro illis, vel, non impedias iram meam tua interceſſione) *vt iraſcatur furor meus contra eos.* Et Ier. 7. v. 26. *tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.* Et Ier. 11. v. 14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem; quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.* Et Ier. 14. v. 11. Et dixit Dominus ad me: *Noli orare pro populo iſto in bonum.*

Huc etiam ſpectat, facitque, quod Deus comminatus ſit etiam ſanctiſſimos (quorum oratio atque interceſſio pro alijs alioqui efficaciſſima eſſe ſoleret) pro impijs atque indignis non exaudire: Ezech. 14. v. 13. Filij hominis, terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. *Et ſi fuerint tres viri iſti* (hoc eſt, etiamſi illi eſſent vel alij illis ſanctitate pares) *in medio eius, Noe, Daniel & Iacob: ipſi iuſtitia liberabunt animas ſuas* (ſc. tantum, & non alios) ait Dominus exercituum. Quod ſi & beſtias peſſimas induxero

ero ſuper terram, vt vaſtem eam, & fuerit
ıa, eo quod non ſit pertranſiens propter be-
s. *Tres viri iſti, ſi fuerint in ea, viuo ego, dicit*
ninus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt:
ipſi ſoli liberabuntur, terra autem deſolabitur.
Quin & Deus alibi aſſerit, & quaſi palã pro-
tatur, quod tẽpore iracundiæ ſuæ, & incenſi
oris propter peccata populi, quæſiuerit in-
ceſſores pro aliis, vt parcendi haberet mate-
ı, atq; cauſsã aliquã. *Et quæſiui* (inquit Ezech.
.v.30. poſt quã varia & grauiſſima peccata po-
ıli cõmemoraſſet) *de eis virũ, qui* (interceſſio-
ſua) *interponeret ſepẽ, & ſtaret oppoſitus contra*
e, pro terra, ne diſſiparẽ eã: & nõ inueni: Et effu-
ſuper eos indignationẽ meã, in igne irę meæ
onſumpſi eos: viã eorũ in caput eorũ reddidi,
it Dominus Deus Et Prophetis Iſrael expro-
rat, quod tẽpore belli, vel publicę afflictionis,
ro populo nõ interceſſerint, & precibus me-
itiſq; ſuis irã Dei nõ auerterint. Ezech. 13. v. 3.
Hæc dicit Dominus Deus: Væ Prophetis inſipi-
entibus, qui ſequũtur ſpiritũ ſuũ, & nihil vidẽt.
Quaſi vulpes in deſertis, Prophetæ tuæ Iſrael
erãt. *Nõ oſtẽdiſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis murũ*
pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.

Vt taceã, quod Deus miſerit tã Principes, quã plebeios ad Sacerdotes, pro interceſſione faciẽda, ſimulq; promiſerit, per interceſsionẽ Sacerdotũ veniã, & dimiſſionẽ peccatorũ pęnitẽtibus, vt tùm alibi, tũ potiſſimũ cap. 4. & 5. Leuitici, Scriptura Sacra teſtatur apertiſſimè.

Si igitur cõſtat, atq; indubitatum eſt, placere Deo aliorũ, (maximè, qui vel officio, vel ſanctitatis nomine apud eum plus valent, vel præ-

erant factas,tam benigne ac promptè, exaudiuit. Exod.8.v.8.12.& 29.Ex Exod. 9.v. 28.Num. 21.v.7.3,Reg 13.v.6.4.Reg.19.v.32.Ier.42.v.9.& 20.Lucæ.7.v.6.

Similiter ex eo quod Deus iuſſerit, non intercedere pro alijs, ne interceſſione illa quaſi impediretur ab executione parati furoris, & cõmeritæ punitionis impiorũ. Exo.32.v.1.Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, *dimitte me*(hoc eſt,non ores pro illis, vel,non impedias iram meam tua interceſſione) *vt iraſcatur furor meus contra eos*. Et Ier.7.v.26. *tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi,quia non exaudiam te*. Et Ier. 11. v. 14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem; quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me,in tempore afflictionis eorum*. Et Ier.14.v.11.Et dixit Dominus ad me: *Noli orare pro populo iſto in bonum*.

Huc etiam ſpectat,facitque,quod Deus comminatus ſit etiam ſanctiſſimos (quorum oratio atque interceſſio pro alijs alioqui efficaciſſima eſſe ſoleret) pro impijs atque indignis non exaudire:Ezech. 14.v.13. Filij hominis,terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius:& immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. *Et ſi fuerint tres viri iſti* (hoc eſt,etiamſi illi eſſent vel alij illis ſanctitate pares) *in medio eius, Noe, Daniel & Iacob:ipſi iuſtitia liberabunt animas ſuas* (ſc.tantum,& non alios) ait Dominus exercituum. Quod ſi & beſtias peſſimas induxero

duxero ſuper terram, vt vaſtem eam, & fuerit inuia, eo quod non ſit pertranſiens propter beſtias. *Tres viri iſti, ſi fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: ſed ipſi ſoli liberabuntur, terra autem deſolabitur.*

Quin & Deus alibi aſſerit, & quaſi palã proteſtatur, quod tẽpore iracundiæ ſuæ, & incenſi furoris propter peccata populi, quæſiuerit intercesſores pro aliis, vt parcendi haberet materiã, atq; cauſsã aliquã. *Et quæſiui* (inquit Ezech. 22. v. 30. poſtquã varia & grauiſſima peccata populi cõmemoraſſet) *de eis virũ, qui* (interceſſione ſua) *interponeret ſepẽ, & ſtaret oppoſitus contra me, pro terra, ne diſſiparẽ eã: & nõ inueni:* Et effudi ſuper eos indignationẽ meã, in igne irę meæ conſumpſi eos: viã eorũ in caput eorũ reddidi, ait Dominus Deus Et Prophetis Iſrael exprobrat, quod tẽpore belli, vel publicę afflictionis, pro populo nõ interceſſerint, & precibus meritiſq; ſuis irã Dei nõ auerterint. Ezech. 13. v. 3. Hæc dicit Dominus Deus: Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequũtur ſpiritũ ſuũ, & nihil vidẽt. Quaſi vulpes in deſertis, Prophetæ tuæ Iſrael erãt. *Nõ oſtẽdiſtis ex aduerſo, neq; oppoſuiſtis murũ pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

Vt taceã, quod Deus miſerit tã Principes, quã plebeios ad Sacerdotes, pro interceſſione facienda, ſimulq; promiſerit, per intercesſionẽ Sacerdotũ veniã & dimiſſionẽ peccatorũ pęnitẽtibus, vt tùm alibi, tũ potiſſimũ cap. 4. & 5. Leuitici, Scriptura Sacra teſtatur apertiſſimè.

Si igitur cõſtat, atq; indubitatum eſt, placere Deo aliorũ, (maximè, qui vel officio, vel ſanctitatis nomine apud eum plus valent, vel præ-

pollent aliis) preces & interceſsionem implorare, & iſtiuſmodi, pro talibus, ſi tamen impœnitentes & indurati non ſint peccatores, factas, interceſſiones ratas & gratas habet, illaſque exaudire paratus eſt: quis iure meritoque ſperare non audeat, & perſuaſiſſimum etiam habere, itidem Deo placere, & acceptiſſimũ eſſe, vt qui illius gratiam & miſericordiam quærens, per interceſſionem ſimul aliorum & merita, ab ipſo exaudiri, & impetrare quod quærit, vel corde deſideret, vel oratione etiam manifeſta poſtulare contendat? neque enim timendum eſt, quod Deo diſplicere poſſit, ſi petamus illud fieri; quod illi gratum & beneplacitum eſſe, ex ipſiusmet teſtimonio, atque ipſa etiam experientia, & teſtatiſſimis exemplis Sacræ Scripturæ exploratiſsimum atque indubitatum habemus.

Quanti etiam faciat Deus, pro ſua inſcrutabili atque immenſa clementia, iuſtorum non ſolum preces & interceſsiones, ſed etiam iuſtitiam & merita, ad parcendum aliis, ſi iram Dei promeriti ſunt, vel exaudiendum, ſeu iuuandum eos in neceſſitatibus aut periculis incumbentibus, ſatis ex eo manifeſtum euadit, quod non ſolum ad interpellationem, maximè ſanctiſſimi Patriarchæ Abraham, quinque ciuitatibus Sodomorum, non obſtantibus grauiſſimis atque in cælum clamantibus peccatis, ſi tantùm vel decem iuſti in illis inuenti fuiſſent, parcere erat paratus, & nequaquam illas, vt præ manibus erat, & poſtea etiam factum eſt, delere promiſerit. Gen. 18. v. 32. & ciuitati Segor, propter iuſtum & ſolum Loth reipſa pepercerit,

percerit, eamque non ſubuerterit. Gen. 19. v. 21. ſed etiam, cum vniuerſus mundus, diluuio perdendus & periturus erat, ob nimiam hominum peruerſitatem, & infinita ſcelera, quibus vniuerſa terra erat corrupta, propter iuſtitiam tamen, & merita vnius Noe, qui ſolus vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, ideoque & gratiam coram Domino inuenit, totaliter non deleuit genus humanum, ſed illud in Noe, & illi cõiunctis, octo ſcilicet animabus, potenter non minus & mirabiliter, quam clementer etiam in Arca, cum beſtiis & animalibus ibi collectis, ſaluauit & conſeruauit.

Nec ſolum propter merita iuſtorum viuentium, aliis vel pepercit, vel parcere fuit paratus, & clementiam ſuam atque auxilium, vel gratiam & liberationem ab hoſtibus impendit: ſed etiam propter iuſtos dudum defunctos & mortuos. Sic enim ſcriptum eſt, 4 Reg. 19 v. 32. Quamobrem hæc dicit Dominus (poſt interceſſionem ſcilicet ab Iſaia pro Regè Ezechia & populo ac Ciuitate Ieruſalem factam) de Rege Aſſyriorum : Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio. Per viam qua venit reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. *Protegamq́; vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Et Iſaiæ 37. v. 33. eiſdem ferè verbis idipſum commemoratur. Quãdo etiam ait, Ier. 15. v. 1. Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: ſatis indicat, quid propter Moyſen

& Samuelem tunc cĕtenis aliquot annis defunctos, fuiſſet facturus, niſi ſumma populi & indurata, ac deſperata malitia obſtitiſſet.

Obſeruatio.

SI igitur veteri teſtamento licuit Deum per intercesſionem, & merita, aut commemorationem aliorum Deo placentium inuocare, non ſolum adhuc viuentium, ſed mortalium; verum etiam piè defunctorum, ſed ſecundum animam, & coram Deo æternaliter & feliciter viuorum: ſi etiam talis inuocatio, non obſtante, quod iuſsit per nomen ſuum inuocationem fieri, Deo non diſplicuit, ſed gratiſsima, atq; ad impetrandum in ipſius nomine efficaciſsima fuit; vtiq́;, & abſq; omni dubio in Nouo quoq; Teſtamento idipſum licitè & vtiliter fieri poterit, imò & multo vtilius & efficacius, quando conſtat, iuſtos noui Teſtamenti, illis qui fuerunt ſub veteri, maximè quo ad primæuos & principales, inferiores non eſſe, & plus etiam velle & poſſe ſanctè defunctos apud Deum, qui iam cum illo viuunt & regnant in cælis, quam ſanctos veteris teſtamenti, qui quidem piè defuncti de ſalute erant ſecuri, eorum tamen necdum in cælo beati, ſed adhuc in deſtinato apud inferos (extra pœnas damnatorum) loco veluti in carcere aliquo publico ſeu communi detinebantur, vel cuſtodiebantur, quaſi captiui, donec à Chriſto ſecundum animam, illuc poſt mortem crucis deſcendente, fuerunt liberati, & tunc demum per Chriſtum aſcendentem ad Patrem, ſimul in cœlum, & ad conſpectum Dei, cæleſtemq́;

ſtemq́ beatitudinem & claritatem traducti.

Maximam igitur faciunt Catholicis iniuriam Nouatores, & hæretici huius ſeculi, quando eos impudēter nō minus quā impiè & mēdaciter criminātur, quod Deū, non per nomen ſuū, & Filij eius Ieſu Chriſti, ſed per merita & interceßiones, ſeu nomen Mariæ, aliorumq́ ſanctorum inuocent, ſicq́ & Dei, & Chriſti eius maieſtatem atque honorem grauißimè lædant, & in ſanctos quaſi transferant.

Non enim Catholici Deum inuocant per merita & preces Sanctorum principaliter & finaliter, quaſi in illis ſpei & fiduciæ ſummam collocent, Chriſti meritis præteritis aut repudiatis, quaſi non ſufficientibus: nequaquam: ſed inuocant Deum per ſanctorum merita & preces, eo nomine, illaq́ intentione, vt Chriſti meritis promeritam gratiam, & miſericordiam diuinam, eo citius vberiuſque conſequantur, ſicq́ principaliter & finaliter, non niſi ſoli Chriſto, eiusq́ meritis nituntur, & per illa tam exaudiri, quam adiuuari & ſaluari deſiderant, quando non ſolum ipſimet pro participatione illorum ſupplices preces offerunt, ſed etiam interceßionem aliorum, quos ſciunt Deo gratos eſſe ob vitæ ſanctimoniam, ideoq́ eorum orationes eſſe efficaciores (multum enim valet iuſti deprecatio aßidua. Iacob 5. v. 16) ſuis priuatis, & plerunq́ ieiunis, & non ſatis dignis precibus, coniunctam habere ſatagūt; atq́ idcirco iſtiuſmodi vel orationes, vel collectas, in quibus ſanctorum ſuffragijs & meritis ad exorandum facilius Deum in nomine & meritis

meritis Chriſti, cupiunt, per Chriſtum Dominum noſtrum, ſemper concludi obſeruandum eſt: ex qua concluſione, Catholicorum mens atque intentio apertè ſatis, & euidenter declaratur.

Tali autem fine & propoſito Deum, ad Chriſti participanda merita, inuocare per commemorationem, preces, & merita videlicet Sanctorum, maximè cæleſtium, & iam beatorum, atque cum Chriſto regnantium, quum ſit conforme exemplis, & menti Sacræ Scripturæ, Deoq́; placuiſſe & placere teſtatiſſimum ſit, ſi diuinis Scripturis credendum eſt: quis ſanæ mentis, & à diabolo non excæcatus, ſeu faſcinatus in Catholicis carpere, & idololatriæ etiam accuſare, nedum damnare, vel poſſit vel auſit? Moyſes religiosè & piè orauit Deum, alioquin propter erectum & adoratum vitulum aureum grauiſſimè offenſum, & ſummè iratum, per Abraham, Iſaac & Iacob, ſimulque per merita eorum (ob quæ illis tanta promiſſio facta eſt, Gen. 22. v. 16.) pro tanto populo, & tam immaniter lapſo, & exorauit etiā, Deumq́; placauit. Exod. 32. v. 9. Similiter & tres pueri in camino ignis. Daniel. 3. v, 34. Salomon etiam, & populus Iſrael, per nomen & merita Dauid. 2. Par. 6. v. 42. Pſal. 131. v. 1. & 10. Quare igitur non licebit in nouo Teſtamento, eadem intentione, & exauditionis confidentia, per merita & interceſſiones Sanctorum iam Deo præſentium, & in cælo regnantium, & potiſſimum ſacroſanctæ Dei Genetricis Mariæ Deum inuocare, & promptiorem, & vberiorem gratiæ ſuæ, per Chriſti merita, impetra-

petrationem? Et quæ, aut quid ſunt merita Sanctorum, & vnde vel merita vel preces eorum valent quicquam, niſi per gratiam Dei, quam Chriſtus ſolus & vnus propriè promeritus eſt? Quomodo per iſtiuſmodi Sanctorum merita, pro exauditione per Chriſtum, inuocare Deum, Chriſti aut meritis, aut gloriæ derogare, aut Deum Patrem offendere, & non potius gratiſſimum eſſe poterit?

Si licuit populo Iſraelitico rogare Deum, vt audiret preces mortuorum, hoc eſt ſecundum corpus tunc defunctorum, videlicet Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, Samuel &c. Baruch. 3. v. 4. Ecquur non licebit & nunc rogare, vt Deus exaudiat preces ſanctiſſimæ Matris, & aliorum in cælo conregnantium Sanctorum, quos conſtat non ſolum velle & poſſe, ſed etiam libenter & inceſſanter ex perfecta charitate, vltro & inceſſanter pro nobis Deum orare? vel vt per preces ſanctiſſimæ Matris, & Sanctorum, nos clementius audiat, aut citius quæ deſideramus, largiatur: idq́; principaliter & finaliter, ac propriè, non niſi per Chriſtum Dominum noſtrum? Si etiam nullæ iſtiuſmodi inuocationis extarent exempla: quando conſtat & Deus ipſe teſtatus eſt, quod volebat ciuitatem Ieruſalē protegere non ſolum, (quamuis principaliter) propter ſemetipſum, ſed etiam propter ſeruum ſuū Dauid, ante plurimos annos tunc defunctum, & nondum Deum facie ad faciem contemplantem: quid vetaret à Deo petere, quod ſcitur illi placere, & illum paratum eſſe præſtare & præſtitiſſe etiam?

Si autem Deus propter ſanctiſſimam Deiparam, & alios ſanctos, tam veteris quam Noui teſtamenti, iam ſecum conregnantes, non minus, imo multo magis, quam tūc, paratus eſt Ciuitates, terras, prouincias, ducatus, regna, imperia, populos cuſtodire et protegere: nonne licebit hoc ipſum ab illo petere, & orare, vt propter Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid non tantū, ſed etiā propter ſanctiſſimā Dei genitricē Mariā, ſanctiſſimum Ioannem Baptiſtam, ſanctiſſimos Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines & Viduas noui Teſtamenti, vel protegere nos contra hoſtes, & pericula imminentia; vel liberare ab hoſtibus; vel adiuuare in neceſſitatibus: & maximè in via ſalutis, & certamine contra dæmonis inſultus, & inſidias infinitas; & tribuere ad ſanctitátem quotidie auctiorem, & æternam ſalutem neceſſaria, idq; principaliter propter nomen ſanctum ſuum, & per Chriſtum Dominum noſtrum?

CAP. XLVIII.

Deo ſoli credendum.

GEn.15.v.6. *Credidit Abraham Deo,* & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

2.Par.20.v.20. Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalē: dicebat Rex Ioſaphat: *credite in Domino Deo veſtro,* & ſecuri eritis.

CAP. XLVIII.

Etiam aliis credi poteſt, & debet.

EXod.4.v.1. *Reſpondens Moyſes ait.* Non credent mihi, *neque audient vocem meam.* Et v.8. Si non crediderint (*inquit,* Dominus) tibi, *neque audierint ſermonem ſigni prioris,* credent verbo ſigni ſequentis.

Syrach,

Syr. 2. v. 6. *Crede Deo*, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & ſpera in illum. Et v. 8. Qui timetis Dominum, *credite illi*, & non euacuabitur merces veſtra.

Io. 5. v. 24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, *& credit ei qui miſit me*, habet vitam æternam.

Rom. 10. v. 11. Omnis *qui credit in illum*, non confundetur.

Heb. 11. v. 6. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. *Credere enim oportet accedentẽ Deum*, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Exod. 14. v. 31. Et viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitq́ populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius.

Exod. 19. v. 8. Cumq́ retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum, ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, vt credat tibi in perpetuum.

2. Par. 20. v. 20. Cumque mane ſurrexiſſent, egreſsi ſunt per deſertum Thecue: profectiſq́ eis, ſtans Ioſaphat (Rex) in medio eorum dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis: credite Prophetis eius, & cuncta euenient proſpera.

Eſa. 53. v. 1. *Quis credidit auditui noſtro?*

Io. 5. v. 46. *Si enim crederetis Moyſi*, crederetis forſitan & mihi: de mę enim ille ſcripſit: *Si autem illius litteris non creditis*: quomodo verbis meis credetis?

Philem. v.4. Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam, *& fidem quam habes in Domino Ieſu, & in omnes ſanctos.*

1. Ioan. 4. v 1. Chariſſimi: *Nolite omni ſpiritui credere,* ſed probate Spiritus ſi ex Deo ſint: quia multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum.

Declaratio.

DEo ſoli vt Deo, & qui verax, imo ipſa infallibilis veritas eſt, & fallere, aut mentiri non poteſt, ſine omni dubio, aut formidine falſi, firmiter, ſemper, & in omnibus credendum eſt: & ſic non poteſt, nec debet credi hominibus, quatenus homines; quia falli & fallere poſſunt, &, ſi naturam atque inclinationem, ac experientiam ſpectes, ſemota gratia & timore Dei, mendaces ſunt, iuxta illud S. Pauli: Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Rom. 3. v. 4. Vt merito dixerit Syrach 4. v. 4. Qui credit cito, leuis eſt corde. Et S. Ioannes prohibet omni ſpiritui credere. Credere tamen poſſumus hominibus, quatenus iuſtos & veraces, ſeu fide dignos ſcimus, vel experimur, nunquam tamen ſine omni formidine falſi, vel in omnibus & ſingulis. Quos autẽ Deus mittit, & audire iubet, vt Prophetas, Apoſtolos, & alios, illis ſine omni formidine, & dubio, per omnia credere non ſolum poſſumus, ſed etiam ſub periculo ſalutis obligamur, non quatenus homines; vel propter ipſos ſed propter Deum: & quia Deus iuſſit illis fidem adhibere indubitatam, qui fallere nunquam

quam poteſt. Hinc increduli & infideles habiti ſunt ſemper, & cenſeri etiam debent, quicunq; vel Prophetis diuinitus miſſis in veteri, aut Apoſtolis non crediderunt, aut credere voluerunt, in nouo Teſtamento.

Obſeruatio.

Credere igitur firmiter, poſt & propter Deum tenentur omnes fideles Chriſtiani, non ſolum Prophetis veteris Teſtamenti, ſed etiam Apoſtolis & diſcipulis à Chriſto miſsis in nouo Teſtamento: de quibus dixit & intelligendus venit, quando ait: Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit. Lucæ. 10. v. 16. Et quia Chriſtus inter Apoſtolos pro S. Petro tunc deſtinato ſummo Eccleſiæ viſibili Paſtore, ſpecialiter, & nominatim rogauit vt non deficeret fides ſua, Lucæ. 22. v. 32: & hoc etiam, ſecundum mentem Chriſti, & Eccleſiæ neceßitatem, de omnibus S. Petri, in ſummo Paſtoratu, ordinarijs & legitimis ſucceſſoribus, intelligi debet: idcirco, qui Deo credit, & Chriſto eius, etiam tenetur, ſine vlla dubitatione S. Petro, & eius in ſupremo paſtoratu ſeu regimine totius Eccleſiæ, hoc eſt, omnium Chriſti in terris agnorum et ouium, ordinario ſucceſſori, ex officio docenti, fidem adhibere, et credere in omnibus. Eadem ratione, omnes et ſinguli Chriſtiani tenentur Eccleſiæ firmißimè, et per omnia credere, quia Chriſtus per ſeſe, et Apoſtolos ſuos, nos certos fecit & facit, Eccleſiam Chriſti ſemper habere Chriſtum præſentem. Mat. 28. v. 20. Io. 14. v. 18. ſemper etiã & in omni-

bus à Spiritu Sancto, ſpiritu inquam veritatis doceri, & in omnem veritatem dici, Io. 14. v. 26. 16. v. 13: *ab illo ſpiritu derelinqui nunquam, ſed ſemper inhabitari & regi.* Io. 14. v. 16: *& proinde eſſe & manere ſemper columnam & firmamentum veritatis* 1. Tim 3. v. 15: *nec à portis inferi vnquam poſſe expugnari, vel hæreſi, vel falſitate, vel alia ratione.* Math. 16. v. 18. Ex *quo ſequitur,* Eccleſiæ *non minus credendum, quam ipſimet,* Deo *aut* Chriſto *eius: non propter ſe, & quatenus ex hominibus conſtat; abſit: ſed quatenus* Deus, *&* Chriſtus*met per illam loquitur, & illam in fidei, & fidei cauſſa, ſeu verbo* Dei *internoſcendo, & intelligendo, atq; rite ſecando ſeu interpretando, erraſſe nunquam nec erraturam, aut errare poſſe, nos aſſecurauit, & illam ſemper & in omnibus ſine exceptione, non minus quam ſeipſum, audire iuſſit. Si* Eccleſiam *non audierit, inquit* Chriſtus Math. 18. v. 17. *ſit tibi ſicut* Ethnicus *& publicanus. Qui igitur* Deo *credit, etiam* Eccleſiæ *credit propter* Dei *promiſſionem, & iuſſionem expreſſiſſimam: qui vero* Eccleſiæ *in omnibus & ſingulis firmiter & abſq; vlla dubitatione pertinaciter non credit, nec* Deo *credit: ideoq; nec vllam fidem habet, ſed fidem abnegauit; nec fidelis, ſed infidelis & incredulus: nec* Chriſtianus, *ſed* Ethnicus *& publicanus cenſeri atq; haberi debet, ſi* Chriſto *credimus.*

CAP.

CAP. XLIX.

Soli DEO ſeruiendum.

DEut.6.v.13. Dominum Deum tuum timebis, *& illi ſoli ſeruies*, ac per nomen eius iurabis.

Ioſue 24.v.14. Nunc ergo timete Dominũ, *& ſeruite ei*, perfecto corde atq; veriſſimo.

1. Reg.7.v.3. Præparate corda veſtra Domino, *& ſeruite illi ſoli.*

Pſal.71.v.11. Et adorabũt eum omnes Reges terræ: *omnes gentes ſeruient ei.*

Pſal.118.v.91. Omnia *ſeruiunt tibi.*

Math.4.v.10. Lucæ 4.v.8. Dominum Deum tuum adorabis, *& illi ſoli ſeruies.*

1.Cor.7.v.23. Pretio empti eſtis, nolite *fieri ſerui hominum.*

CAP. XLIX.

Etiã hominibus ſeruiendum.

GEN.2.v.25. *Duæ gentes ſunt in vtero tuo, reſpondit Dominus Rebeccæ vxori Iſaac, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſq; populum ſuperabit:* & maior ſeruiet minori.

Gen.27.v 29. Seruiant tibi populi, *dicebat Iſaac, benedicens Iacob, & adorent te tribus.*

Gen. 29. *Iacob* ſeruiuit Laban *quatuordecim annis.*

Exod.21.*v.2.Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis.*

Pro.11 v.29 Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapiẽti.

Syr.3 v 8. *Qui timet Dominum, honorat Parentes,* & quaſi Dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt.

Eſa.19.v.23.*Et ſeruient* Aegyptij Aſſur.

Ier,27.v.6. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi: *Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius:* donec veniat tempus terræ eius, & ipſius : *& ſeruient ei gentes multæ & Reges magni.*

1.Cor.7.v.20. Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. *ſeruus vocatus es?* non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber magis vtere.

Gal. 5. v. 13. Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres : tantumne libertatem in occaſionem detis carnis, *ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.*

Eph. 5.v.21. *Subiecti inuicem in timore Chriſti.* Mulieres, *viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino.*

Eph. 6. v.5 Serui obedite Dominis carnalibus non timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: *non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti,* facientes voluntatem Dei ex animo, *cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino & non hominibus.*

Coloſſ.3.v.22. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus *non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum.*

1.Tim.6.v.1. Quicunque ſub iugo ſunt ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habet Dominos, non contemnat quia fratres ſunt : *ſed magis ſeruiant* quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficij participes ſunt. Hæc doce & exhortare.

Tit. 2. v. 9. Seruos *Dominis ſuis ſubditos eſſe*, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes: vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

1. Pet. 2. v. 18. Serui *ſubditi eſtote in omni timore Dominis* non tantum bonis & modeſtis ſed etiam dyſcolis.

Declaratio.

SOLI Deo, vt Deo, diuino ſcilicet cultu, quē latriam vocant, ſeruiendum eſt: & de tali ſeruitio, ſeu ſeruitute tantum intelligi debent ſcripturæ primo loco allegatæ: & ideo tam expreſsè ſerioq; mandauit Deus, ne Iudæi, ad idololatriam procliues, alienis dijs ſeruire, ſeu cultum diuinū tribuere auderent: quod etiā ex eo colligendū venit, quia ſtatim, cū præmiſiſſet Deut. 6. v. 13: Dominum Deum tuum timebis & illi ſoli ſeruies & per nomen eius iurabis: ſubiungit, Non ibitis poſt Deos alienos cunctarū gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt: quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui: ne quando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terrę. Simili ſenſu etiā dicit Moyſes. Deut. 32. v. 12. Dominus ſolus dux eius (populi Iſraelitici ex ægypto in terram promiſſam) fuit: ne autem putaretur Deum ſolum abſque vllo medio aut miniſterio humano hoc feciſſe (cum conſtet per Moyſen & Aaron illos eduxiſſe, de quo Dauid Pſal. 76. v. 21. Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi & Aaron) ſtatim addit: & non erat cum eo Deus alienus: quo ſatis declarat Deum ſolum, abſque dijs alienis, & non abſque miniſterio hu-

rio humano populum ſuum deduxiſſe.

Ergo Deo ſoli, & non Diis alienis, aut etiam vlli creaturæ, vt Deò, ſeruiendum eſt ſeruitute videlicet & honore Deo ſoli debito. Hominibus autem, vt hominibus, neque vt Dijs ſed vt Dei Miniſtris, & propter Deum, eiuſque mandatum, non ſolum licite nos ſeruire poſſe. ſed etiam neceſſario debere, ſatis clarè ſcit ex tam multis & apertiſſimis ſacræ ſcripturæ ſecundo loco allatis teſtimonijs. Ex quibus etiam mens Pauli, quando dicit: *nolite fieri ſerui hominum.* 1. Cor. 7. v. 23: ſatis intelligi poteſt: nimirum illum non abſolutè & ſimpliciter vetuiſſe fieri ſeruos hominum: nam eodem capite, & paulo ante hæc verba, ſeruos vocatos, in ſua mandat vocatione manere; & alibi tam ſæpe & ſerio præcepit ſeruis, non ſolum libenter, & fideliter, ſed etiam cum timore & tremore ſeruire, & obedire in omnibus: ſed hoc tantum nomine, & ſenſu prohibet fieri ſeruos hominum; ne videlicet vllius hominibus contra Deum, vel pluſquam, aut æqualiter Deo ſeruiant; vel contempto Deo eiuſque mandatis ſpretis aut præteritis, hominibus tantum ſeruiant, vel placere ſtudeant: ſic enim tantum eſſent ſerui hominum & non Dei: qui vero Deo principaliter ſeruiunt, & ſaluo honore & ſeruitio Dei, hominibus quoque, propter Deum, & Dei iuſſionem; illi ſunt ſerui Dei, & non hominum, aut hominum non ſimpliciter, aut principaliter, ſed hominum propter vel poſt Deum, vel hominum ſub Deo. Hoc etiam inſinuat, & quaſi explicat S. Petrus, quando Principibus Sacerdotum, vetantibus prædicare in nomine Ieſu; reſpondit: *oportet Deo magis obedire quam homi-*

nibus. Act. 5. v. 29. Hinc etiam patet quæ vocet Chriſtus, & S. quoque Paulus, mandata hominum quę cauenda & reijcienda, non autē obſeruanda ſunt Math. 15. v. 9. Tit. 1. v. 14. ſcilicet *mandata hominū quæ pugnant cum mandatis Dei*, vel per quæ Dei mandata violantur, vt patet ex Chriſti ibidem reſponſo ad Iudæos: & S. Paulus non ſimpliciter reijcit mandata hominum, *ſed hominum auerſantium ſe à veritate*; quales homines vtique cum impij eſſent & infideles, non poterant mandare niſi quæ impia, & fidei atque veritati erant contraria.

Obſeruatio.

NOn poſſunt igitur iſtiuſmodi loca, de non ſeruiēdo hominibus, aut mandatis hominū reijciēdis, ſine impia & ſcelerata Sacræ Scripturæ & diuinæ veritatis adulteratione, contra obedientiam & mandata Eccleſiæ, & ſuperiorum torqueri: ſicuti tamen impudentiſſimè, & contra ipſorummet conſcientiam faciunt noſtri temporis hæretici qui iuſtiſſima Eccleſiæ, & ſuperiorum mandata, inter vana, & impia hominum mandata connumerant, & hæc cum illis, contra mentem ſpiritus ſancti, confundunt: cum tamen non ignorent, non vocari mandata hominum, quæ & quatenus ab hominibus feruntur, vel quoquomodo publicantur (alioquin omnia Parentum, Dominorum, & quorumuis hominum mandata & qualeſcunq; iuſſiones, mandata hominum cenſeri deberent, & contemni; & contra expreſſas ſcripturas præallegatas, nec Parētibus filij, nec ſerui Dominis, nec ſuperiorib. ſeruire vel obedire vlli tenerētur ſubditi; quia

Parentes, & Superiores homines ſunt) ſed quatenus ab hominibus, vel ſine debita auctoritate, vel contra diuinam voluntatem, feruntur, vel obtruduntur. Eccleſiæ autem mandata iuſtiſſima, & verbo Domini conformia, & in ipſo fundatiſſima, & non tam hominum, quàm Dei & Spiritus Sancti ſunt mandata; quia ſuggeſtione & inſpiratione Spiritus Sancti, qui illam docet & regit ſemper, ſunt formata & publicata: ad quorum obſeruationem & obedientiam omnes tenentur & obligantur veri & germani Chriſtiani, qui pro Ethnicis & publicanis haberi non volunt, Matth. 18. v.17. Iſtiuſmodi Eccleſiæ mandata, & præcepta Apoſtolorum, Eccleſiæ tunc Rectorum & Prælatorum, non ſecus publicauit & obſeruari præcepit S. Paulus, Chriſti fidelibus, quā Dei mandata. Act. 15. v.41. & Act. 16. v.4. quin & ſuaſmet traditiones ſiue ſcriptas ſiue non ſcriptas, conſtanter teneri iuſſit, Theſſ. 2. v. 14. & illum, qui verbo ſuo obedire nollet, notari & denunciari mandauit, & ipſius conſortium atque conuerſationem vitari. 2. Theſſ. 3. v. 14. Simul ac expreſſè teſtatus, immo proteſtatus eſt, qui iſtiuſmodi mandata & præcepta quæ per Dominum Ieſum, & ſecundum eius voluntatem tulerat, ſpernere præſumeret, non hominem ſpernere, ſed ipſum Deum: qui Spiritum Sanctum ipſis Eccleſiæ Rectoribus dederat. 1. Teſſ. 4. v. 2. & 8. Ne autem quis hæc de illis intelligeret tantum mandatis, quæ ipſimet Apoſtoli perſonaliter dederant; quaſi aliis, quam Apoſtolis, illorumq; mandatis nemo teneretur obedire: generaliter

liter omnibus & ſingulis Eccleſiæ Præpoſitis legitimis, promptam vult obedientiam ſine exceptione præſtari. Obedite, *inquit*, Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris redditurj. *Heb.* 13. *v.*17. Nec *mirum Si enim iuſtum eſt, vt filij obediant Parentibus in Domino, non contra Dominum: & vt ſerui obediant Dominis carnalibus, etiam in temporalibus vel politicis, ſeu domeſticis negotijs, cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis, ſicut Chriſto: Eph.6.v.1.& 5. quanto iuſtius eſt, vt generoſi Chriſtiani, & filij Eccleſiæ, ſpirituali Matri, in Domino, non contra Dominum, & Rectoribus ac Præpoſitis Eccleſiæ, cum timore & tremore, ac cordis ſimplicitate, ſicut Chriſto obediant, in mandatis ſpiritualibus, & honorem ac cultum Dei, atque animarum ſalutem ſpectantibus? Si etiam Filij tenerentur obedire Parentibus, non pro libito, vel in quibuſdam tantum, ſed per omnia, hocq́ Deo placitum eſt; ſimiliter & ſerui dominis carnalibus in omnibus, quæ videlicet cum verbo Dei reuelato, & ſanè intellecto, hoc eſt, per Eccleſiam declarato, non repugnauerint, vt expreſſè mandat S. Paulus, Coloſſ. 3. v. 20. & 22. quanto magis obligantur omnes Eccleſiæ filij, Eccleſiam etiam in omnibus audire, & per omnia illi præſtare plenam ac debitam obedientiam in ſpiritualibus, & ad ſalutem animarum neceſſariis, vel ſalutaribus mandatis, de quibus certi ſumus, & dubitare nec debemus nec poſſumus, quin ſint lata inſtinctu, & voluntate Spiritus S. & Chriſto per omnia placeant?*

 Faceſ-

Faceſſãt igitur perduelles & rebelles hæretici, filij Belial, qui cũ ſibi & ſuis (licet nihil niſi homines ſint & nequaquam Angeli) etiã extra, imo contra ſcripturam, imperio ſe quoq; more ſuo, imperantibus velint omnes ſuos ſubditos, vel tyrannicè aut violenter ſubiectos, ſimpliciter & ſine contradictione obedire: ferre tamen non poſſunt, nec concedere volunt, vt legitimè ſubditi, legitimis ſuperioribus Eccleſiaſticis, in legitimis & iuſtiſſimis, atque in ſcriprura ſacra expreſſis vel fundatis, aut ſaltem illis conformibus præceptis, legitimam, & à Deo, atq; Apoſtolis toties, & tam apertè ac ſeriò præceptam obedientiam exhibeant. Sicq; nec ipſum naturæ præceptum (quod Chriſtus tamen tam diligenter obſeruari voluit: Omnia *inquiens* quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: *Math. 7. v. 12) ſeruare volunt; homines ad ſeditionem & rebellionem quaſi nati, contra Eccleſiæ debitam obedientiam, alijs libertatem promittentes, quum ipſi in ſuos, pro libito, tanquam mancipia vel iumenta etiam, dominentur, & dominari ſoleant plus ſatis; ſerui tamen exiſtentes corruptionis, vt inquit S. Petrus 2. Pet. 2. v. 19. Et mancipia diaboli, à quo ſunt ſuperati & faſcinati, atq; etiam poſſeſſi penitus.*

CAP. L.	CAP. L.
Solus Deus timeri debet.	Etiã homines timere oportet.
LEuit. 19. v. 14. Timebis Dominum	GEn. 32. v. 11. *Erue me de manu fra-*

Deum

Deum tuum, quia ego Dominus.

Deut.6.v.13. Dominũ *Deum tuum timebis.*

Deut. 10. v. 12. Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus petit à te, *niſi vt timeas Dominum Deum tuũ.* Et v.20. Dominũ Deum tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies.

Deut.13.v. 4. Dominum Deum veſtrũ ſequimini, *& ipſum timete.*

Ioſue.24.v.14. Nunc ergo *timete Dominum*, & ſeruite ei perfecto corde.

Pſal. 2. v. 11. *Seruite Domino in timore :* & exultate ei cũ tremore

Pſal.32.v. 8. *Timeat Dominũ omnis terra.*

Pſal.33. v. 10. *Timete Dominũ* oẽs ſancti eius. Et v.12. Venite filij, audite me, *timorẽ Domini docebo vos.*

Math.10.v.28. Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autẽ nõ poſſunt occidere; *ſed potius timete eũ qui poteſt & corp⁹ & tris mei Eſa, dicebat Iacob ad Deum*, quia valde eum timeo.

Leuit.19.v. 2. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus *veſter.* Vnuſquiſque Patrem ſuum, & matrem ſuam timeat.

Ioſue 4. v 14. In die illo, magnificauit Dominus Ioſue coram omni Iſrael, vt timerent eũ, ſicut timuerant Moyſen.

3.*Reg.3.v.28. Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet Rex*, & timuerunt Regem.

Pro. 24. v. 21. Time Dominum, fili mi, & Regem, *& cum detractoribus ne commiſcearis.*

Rom.13.v.27. Reddite omnibus debita : cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal : cui timorem, timorem: *cui honorem, honorem.*

Eph.5.v. 33. Veruntamen & vos ſinguli, animam

animam perdere in gehennam.

Lucæ 12 v. 4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc nõ habent amplius quid faciant. *Oſtendam aũtem vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.*

1. Pet. 2. v. 17. *Deum timete.*

vnuſquiſq; animam ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

Eph. 6. v. 5. Serui obedite Dominis carnalibus, cum timore & tremore, *in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatẽ Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus.*

Ap. 14. v. 7. *Timete Dominum,* & date illi honorem.

Ap. 15. v. 4. *Quis non timebit te Domine:* & magnificabit nomen tuum?

Declaratio.

DEVS vt Deus, & ſummus atque vnicus Dominus, cuius potentia & maieſtas æterna, infinita, ineffabilis eſt, ſummè etiam, & ex toto corde, ſuper omnes timeri debet; & ſimili ratione vel modo, nemo alius, neque vlla creatura, ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiue ſubtus terram. Homines tamen etiam, vel alij timeri poſſunt & debent, vt ſecundo allegatæ Scripturæ docent: non ſupra aut contra Deum, neq; æqualiter Deo: ſed poſt Deum, aut propter Deum, eiuſque miniſterium, vel mandatum, & vt homines tantùm, non vt Dij. Obſer-

Obſeruatio.

SI Deus ex toto corde & ſuper omnia timendus eſt, ergo non ſufficit vel ad iuſtificationem, vel ad ſalutem tantum in Deum credere, & ſolam nudamq́; fidem habere. Timor enim Dei, maximè filialis, de quo potiſſimum loquimur atque agimus, (nam timor ſeruilis, non tam Deum, quam eius iram & vindictam, ſeu pœnam timet & reformidat) differt à fide ipſa, nec pro iiſdem accipi poſſunt aut debent, credere in Deum, & timere Deum. Deinde timor Dei ingenuus & filialis odit malum. Pro. 3.v.7. *& facit recedere à malo.* Pro. 14.v.16. *nihil negligit quod Deo placet, & incumbit facere,* Eccl. 7.v.19. *& mandata Dei fideliter & perſeueranter obſeruat,* Eccl. 12.v 13. *Si autem & timere Deum, idq́; ex toto corde, & omnia eius mandata cuſtodire, & cum timore & tremore illi ſeruire.* Pſal. 2. v. 11. *& noſtram ſalutem operari iubemur & obligamur.* Philip. 2. v. 12. *Vbi, & vnde nata eſt, & quomodo ſubſiſtere poteſt ſola iſta & noua fides hæreticorum: & maximè ſecuritas illa & certitudo ſalutis, etiam ante mortem, quam cōfinxerunt? Si enim certi & ſecuri ſumus, & eſſe non ſolum poſſumus, ſed etiam (vt aiunt & inculcant) debemus de remiſſis peccatis, & ſalute æterna, per ſolam fidem; ad quid timor Dei? & ſi cum timore & tremore ſalutem operari, operari inquam tenemur: quomodo ſola fide, & quomodo certi, ſi adhuc operari, & cum timore operari debemus vſque ad mortem; cuius*

hora

hora vt incerta, ita an vſque ad mortem fideles & conſtantes erimus, non minus anxij & incerti ſumus?

CAP. LI.

In ſoli Deo ſperandum & confidendum.

PSal. 10. v. 2. *In Domino confido.*

Pſal. 36. v. 3. *Spera in Domino,* & fac bonitatem.

Pſal. 61. v. 8. In Deo ſalutarè meũ, & gloria mea: Deus auxilij mei, & *Spes mea in Deo eſt. Sperate in eo* omnis congregatio populi.

Pſal. 130. v. 3. *Speret Iſrael in Domino,* ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Pſal. 144. v. 15. Oculi omnium, *in te ſperant Domine.*

Pſal. 146. v. 11. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eũ, & *in eis, qui ſperant in miſericordia eius.*

Ier. 17. v. 5. *Maledictus homo, qui confidit*

CAP. LI.

Etiam in aliis ſperare & confidere licet.

PSal. 40. v. 10. *Etenim homo pacis meæ,* in quo ſperaui, *qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.*

Pro. 31. v. 10. *Mulierẽ fortem quis inueniet, procul & de vltimis finibus pretium eius.* Cõfidit in ea cor viri ſui.

Sap. 14. v. 6. *Sed & ab initio, cum perirent ſuperbi gigantes,* ſpes orbis terrarum (*id eſt, Noe*) *ad ratem confugiens, remiſit ſeculo ſemẽ natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.*

Io. 5. v. 45. *Nolite putare, quia ego vos accuſaturus ſim apud* Patrẽ: *eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.*

in ho-

in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Et v. 7. Benedictus vir, *qui cõfidit in Domino*, & erit Dominus fiducia eius.

Oſeæ 12. v. 6. Et tu ad Deum tuum conuertêris: miſericordiam & iudicium cuſtodi, *& ſpera in Deo tuo ſemper.*

2. *Cor.* 7. *v.* 4. *Multa mihi* fiducia eſt apud vos, *multa gloriatio pro vobis*. Et *v.* 16. *Gaudeo quod* in omnibus confido in vobis.

Gal. 5. *v.* 10. Ego confido in vobis in Domino, *quod nihil aliud ſapietis.*

1. *Theſſ.* 2. *v.* 19. Quæ eſt enim noſtra ſpes, *aut gaudium, aut corona gloriæ?* Nonne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum *eſtis in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.*

2. Theſſ. 3. v. 4. *Confidimus autem de vobis*, in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis.

Philem. v. 21. *Confidens in obedientia tua*, ſcripſi tibi: ſciens quoniam & ſuper id quod dico, facies. Simul autem & para mihi hoſpitium: *nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.*

Declaratio.

DEus ſolus ſpes noſtra abſoluta, & ſuprema; in Deo ſolo, tanquam ſummo & ſolo bono, fonte, & largitore omnium bonorum, qui ſolus dare, iuuare & ſaluare poteſt, propria ſua & inexhauſta bonitate, & poteſtate, ſperandum & confidendum eſt in omnibus, & præ omnibus ſemper, nec de eius bonitate, & potentia dubitandum,

vel

vel hæſitandum vllo modo, vel vllo loco, aut tempore, & ſic neque in Angelis, neque in ſanctis, ſiue mortalibus, ſiue immortalibus, ſiue beatis, ſiue beandis, nec in vlla creatura ſperare licet vel confidere vlla ratione: maledicti enim omnes & ſinguli qui ita ſperant, vel confidunt in vlla creatura ſicut in Deo: vel etiam in homine qualicunque, aut in Angelis confidunt, vt à Deo recedat cor eorum.

Sperare tamen nihilominus, & confidere licet in Angelis, & hominibus poſt Deum, vel ſub Deo, non abſolute, ſimpliciter aut finaliter ſed tanquam miniſtris, vel inſtrumentis Dei, aut medijs, per quæ Deum operari, & bonitatem ſuam vel auxiliũ, vel alia quæ nobis vtilia vel neceſſaria ſunt, cõmunicare per fidẽ ſcimus aut communicaturum piè & merito confidimus. Sic, poſt & propter Deum, ſperamus & confidimus in adiutorio & protectione inuiſibili bonorum Angelorũ; quando ſcimus, quod Deus per illos nos protegat, cuſtodiat, illiſque de nobis mandauit, vt nos in manibus ſuis portẽt in omnibus vijs & actionibus, atque periculis noſtris: Sic cõfidimus in Sacerdotibus, miniſterio eorũ, certi, Deum per illos, tanquã miniſtros & diſpenſatores myſteriorum, & gratiæ ſuæ, nobis & remiſſionem peccatorum, & gratiæ incrementum atque ſufficientiam, & quæ præterea ad ſalutẽ ſunt vel vtilia vel neceſſaria diſpẽſare & largiri, pro ſua bona voluntate, & ſapientiſſima ordinatione atque liberali promiſſione, idque in nomine ſeu per meritum Chriſti Ieſu. Sic ſperent & confidunt ſubditi in protectione & adiutorio Regum, Principum,

& Su-

& ſuperiorum: ſic filij in Parentum prouidentia: ſic pauperes in miſericordia & liberalitate diuitum, ſic infirmi in medicina & medicorum induſtria: ſic amici in amicitiæ communione & ſinceritate, ſeu Amicorum opera & charitate & fidelitate mutua: ſic etiam peccatores, vel humiles, & propriæ fragilitatis conſcij ſperant in precibus & intercesſione iuſtorum, aut magis perfectorum & Deo placentium: ſic Mariti cōfidūt in fidelitate vxorū, Domini in fidelitate & induſtria ſeruorū & famularum, ſeu familiæ; ſic etiam poſt Deū Angeli, homines & alia diuinitus data & conceſſa media, ſpes noſtra, ſalua fide, ſuo & limitato ſenſu, dici & conſeri poſſunt: ſic Noe ſpes vocatur orbis terrarum, quia in eo conſeruatum & propagatum fuit genus humanum. ſic vxor Tobiæ, vocabat filium ſuum Tobiam baculum ſenectutis; ſolatium vitæ, & ſpem poſteritatis ſuæ. Tob. 10. v. 4: ſic ſanctus Paulus vocat Teſſalonicenſes ſpem ſuam, ante Dominum Ieſum Chriſtum in aduentu eius, quia ſperabat per eorum in fide ſinceritatem, pietatem & perſeuerantiam, ad quam ſua opera erant perducti & promoti, & gloriam, & gaudium, & coronam apud Deum inuenire maiorem: ſic etiam ſperabat per interceſſionē Philomonis, & aliorum Chriſti fidelium è vinculis liberari, & illis iterum, à Deo liberatum, donari.

Obſeruatio.

SI autem poſt, & propter Deum, licet confidere et ſpem atq; fiduciam collocare in Angelis, vel hominibus adhuc mortalibus, & plerunq; peccato-

ribus: aut etiam in orationibus, aut præſidijs, ſeu medijs & remedijs humanis, vel temporalibus, ſecundum ſenſum memoratum & præallegatum: quare non licebit multo magis, & firmius ſperare & confidere in orationibus, & adiutorio Sanctorum immortalium, & beatorum in cælis; ſcientes illos multum poſſe non ſolum orationibus apud Deum, ſed etiam poteſtate ſupernaturali, & iuuandi facultate quam non à ſeipſis, ſed à Deo habent, & impetrare poſſunt, quando ita Deo placere, vel ad Dei gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem facere poſſe in Deo, intelligunt? Si ſpes noſtra poſt Deum appellari poſſunt homines, licet mortales, & peccatores adhuc, vel peccare & damnari valentes, quia vel precibus Dei gratiã & miſericordiã, aut ſubuentionem impetrare, vel eandem, tanquam media, vel miniſtri ſeu inſtrumenta, in Dei nomine & virtute, adminiſtrare poſſunt & ſolent: quare non etiam & longè iuſtius, rectiuſq; ſancti in Cælis ſpes noſtra poſt Deum, & ad Deum in Chriſto, haberi & appellari poſſunt! Si ſancti omnes & ſinguli, quur non cum omnibus & ſingulis, immo ſupra omnes & ſingulos, ad Deum, & apud Deũ, per preces ſuas, & gratiam ſingularem atq; poteſtatem à Deo acceptam, in Chriſto Ieſu SS. Deipara & virgo Maria ſpes noſtra ſingulariter etiam dici & appellari poteſt, & debet? Si ſic confidentes in hominibus adhuc peccatoribus aut mortalibus non recidimus à Deo: quanto minus confidentes iu ſanctis beatis?

DEMON-

DEMONTRATIONIS OCVLARIS, ET BIPARTITAE, PARS ALTERA:

IN QVA, AD OCVLVM DEMONſtratur quod multa, quæ ſoli Chriſto, Dei & Mariæ filio, propriè duntaxat competunt, etiam aliis, per accommodationem in Scriptura Sacra tribuantur.

CAP. I.

Chriſtus eſt vnigenitus, & vnicus Dei filius.

MATH. 4. v. 16. Baptizatus autem Ieſus, cōfeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælo dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus*, in quo mihi complacui.

Matth. 16. v. 16. Re-

CAP. I.

Etiam alij vocantur, & ſunt filij Dei.

M*ATH. 5. v. 9. Beati pacifici*, quoniam filij Dei vocabuntur. *Et v. 44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos:* vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.

Io. 1. v. 12. Quotquot autem receperunt eum

 ſpondens,

ſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus, *Filius Dei viui.*

Matth.17.v.5. Et ecce vox de nube, dicẽs. *Hic eſt filius meus dilectus*, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.

Marci I.v.I. Initium Euangelij Ieſu Chriſti, *Filÿ Dei.*

Marci I.v.11. Et vox facta eſt de cælis: *Tu es Filius meus dilectus*, in te complacui.

Lucæ I.v.31. Ecce cõcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus, & *Filius altißimi vocabitur.* Et v. 35. Ideoque quod naſcetur ex te Sanctum, *vocabitur Filius Dei.*

Lucæ 3.v. 22. Factũ autem eſt cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum: & deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie, ſicut columba dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Ioan.11.v.51. *Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit quod Ieſus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente:* ſed vt Filios Dei, *qui erant diſperſi congregaret in vnum.*

Rom.5.v.2.Gloriamur in ſpe gloriæ, filiorum Dei.

Rom 8.v.14. Quicũque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. *Et v. 16. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro*, quod ſumus filij Dei. *Et. v. 19. Nam exſpectatio creaturæ*, reuelationem filiorum Dei exſpectat. *Et v.21. Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis*, in libertatem gloriæ filiorum *Dei. Et v.23. Et ipſi intra nos ge nuius* adoptionem filiorum Dei. *Et. v. Nam quos præſciuit, & præ-*

columba

columba, in ipſum: & vox de cælo facta eſt: *Tu es Filius meus dilectus*, in te complacui mihi.

Io.1.v.14. Vidimus gloriam eius, *gloriam quaſi vnigeniti à Patre*. Et v.18. Deum nemo vidit vnquam: *vnigenitus Filius*, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. Et v.49. Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, *tu es filius Dei*, tu es Rex Iſrael.

Io.3.v.16. Sic enim Deus dilexit mundũ, *vt Filium ſuum vnigenitum* daret: vt omnis qui credit in eum, nõ pereat ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus *Filium ſuum* in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt: *quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei*. Et v.35. *Pater diligit Filiũ*, *deſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui*, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.

Gal.3.*v*.26. Omnes enim filij Dei eſtis, *per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu*.

Gal.4.*v*.5. *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret*, vt adoptionem Filiorum reciperemus. *Quoniam autẽ* eſtis Filij, *miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantẽ: Abba Pater. Itaque iam* non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi Filius, *& hæres per Deum. Et v*.28. *Nos autem fratres ſecundum Iſaac*, promiſſionis filij ſumus.

Eph.1.*v*.5. *Qui prædeſtinauit* nos in adoptionem Filiorum, *per Ieſum Chriſtum in ipſum: ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ*.

Eph.5.*v*.1. *Eſtote ergo*

& omnia dedit in manu eius. *Qui credit in Filiũ*, habet vitã ęternam. *qui autem incredulus eſt Filio*, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

Io.5.v.25. Amen, amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient *vocem Filij Dei*: & qui audierint, viuent.

Rom. 8. v. 32. Qui etiam *proprio Filio ſuo non pepercit*, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Heb. 5. v. 5. Sed qui locutus eſt ad eum: *Filius meus es tu*, ego hodie genui te. Et v.8. Et quidem *cum eſſet Filius Dei*, didicit ex illis quæ paſſus eſt obedientiam.

2. Pet.1.v.17. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria. *Hic eſt Filius meus dilectus*, in quo mihi complacui, *imitatores Dei*, ſicut filij chariſſimi.

Philip.2.v. 15. *Omnia autem facite ſine murmurationibus, & haeſitationibus*: vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei, *ſine reprahenſione in medio nationis praua & peruerſa.*

1. *Io.* 3. *v.* 1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater*, vt filij Dei nominemur & ſimus. *Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Chariſſimi* nunc filij Dei ſumus: *& nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eũ ſicuti eſt. Et v.* 8. *Qui facit peccatum ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat: In hoc apparuit Filius Dei vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare*, ipſum

ipſum audite.

1.Pet.3. v.25. Et hoc eſt mandatum eius, vt *credamus in nomine Filij eius Ieſu Chriſti*, & diligamus alterutrũ.

1.Io.4.v.9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, *quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum*, vt viuamus per eum.

quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt Filij Dei, & filij diaboli.

Apocalyp.21.*v*.5. *Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: ſcribe, quia hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et dixit mihi: Factum eſt. Ego ſum* α *&* ω*: initium & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vicerit, poſſidebit hæc: & ego illi ero Deus*, & ille erit mihi filius.

Declaratio.

CHriſtus, & quidem, ſolus ſecundum deitatem, Dei eſt æternus & naturalis atque vnigenitus Filius, Patri per omnia æqualis, Deus de Deo, lumen de lumine, conſubſtantialis Patri, per quẽ omnia facta ſunt. Secundum humanitatem etiam ſingulariter & ſuperexcellenter filius Deus eſt & dicitur, tum quia diuinitati perſonaliter vnitus; tum quia à Deo in vtero Matris, ſine Patre aut ſemine virili ſupernaturaliter factus atq; creatus. Homines autẽ, non niſi ex gratia, & per adoptionem ſunt, & vocantur filij Dei, poſt, & propter Chriſtum in filios adoptati, ex ſola Dei miſericordia, & gratuita acceptatione, facti, tempore Euangelico potiſſi-

mum, vt Chriſti ſpiritum habentes, & per illum, Chriſtum in vita & moribus fideliter, ad finem vſque vitæ æmulantes & ſequentes, & Chriſti ex gratia fratres verè dici, & cum illo hæredes quoque patriæ & regni cæleſtis effici mereamur; ſi tamen compatimur, vt & conregnemus. Rom. 8. v. 17. 2. Tim. 2. v. 12.

CAP. II.

Chriſtus eſt Dominus.

MAth. 7. v. 21. Nō omnis qui dicit mihi, *Domine Domine*, intrabit regnum cælorum: ſed qui facit voluntatē Patris qui in cælis eſt.

Math. 21. v. 3. Si quis vobis aliquid dixerit, dicite: *quia Dominus* his opus habet.

Math. 28. v. 6. Venite & videte locum, *vbi poſitus erat Dominus.*

Marci. 2. v. 42. Et factum eſt iterum, *cum Dominus Sabbatis ambularet per ſata.*

Marci 11. v. 3. Et ſi

CAP. II.

Etiam alij ſunt & vocantur Domini.

IO. 12. v. 21. *Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat in Betſaida Galilaæ, & rogabant eum dicentes:* Domine, *volumus Ieſum videre.*

Io. 20. v. 15. *Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei:* Domine, *ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam.*

Act. 16. v. 16. Quæ queſtum magnum præſtabat Dominis ſuis, *deuinando. Et v. 19. Vidētes autē* Domini eius,

quis

quis vobis dixerit: Quid facitis? *dicite quia Domino neceſſarius eſt.*

Marci 16. v. 19. Et *Dominus quidem Ieſus,* poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, *Domino cooperante*, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Lucæ 1. v. 43. Et vnde hoc mihi, *vt veniat Mater Domini mei ad me?*

Lucæ 2. v. 29. Nunc dimittis ſeruum tuum *Domine* in pace.

Lucæ 6. v. 46. Quid autem vocatis me *Domine, Domine*: & non facitis quæ dico?

Io. 13. v. 13. Vos vocatis me Magiſter, *&* *Domine*: & benè dicitis, *ſum etenim*. Si ergo laui pedes veſtros, *Dominus & Magiſter*: & vos debetis alter alterius pedes lauare.

quia exiuit ſpes quæſtus eorum.

Act. 25. *v.* 26. De quo *quid certum ſcribam* Domino, *non habeo.*

1. *Cor.* 8. *v.* 5. *Nam etſi ſunt qui vocantur Dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: ſiquidem ſunt dij multi,* & domini multi.

Eph. 6. *v.* 5. *Serui* obedite Dominis carnalibus, *cum timore & tremore.* Et *v.* 9. *Et* vos Domini, *eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes quia & illorũ, & veſter Dominus eſt in cælis.*

Coloſ. 3. *v.* 21. *Serui obedite per omnia* Dominis carnalibus, *non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum.*

Col. 4. *v.* 1. Domini quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate: *ſcientes quod & vos dominum habetis in cælis.*

1. *Tim.* 6. *v.* 1. *Quicunque ſunt ſub iugo*

Io. 20. v. 18. Venit Maria Magdalena annuncians diſcipulis: *Quia vidi Dominum*, & hæc dixit mihi. Et v. 25. Dixerunt ergo alij diſcipuli: *Vidimus Dominum*. Et 28. Respondit Thomas & dixit ei: *Dominus meus, & Deus meus.*

Io. 21. v. 7. Dixit ergo diſcipulus ille quē diligebat Ieſus, Petro, *Dominus eſt.*

Act. 7. v. 58. Lapidabant Stephanum inuocantem & dicentē: *Domine Ieſu, accipe Spiritum meum*; Et poſitis genibus clamauit voce magna: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.*

Act. 9. v. 6. Et tremens ac ſtupens dixit: *Domine, quid me vis facere.*

1. Cor. 2. v. 8. Si enim cognouiſſent, *nunquā Dominum gloriæ cruciſixiſſent.*

1. Cor. 8. v. 6. *Vnus Dominus IeſusChriſtus, ſerui*, Dominos ſuos omni honori dignos arbitrentur, *ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur.* Qui autem fideles habent Dominos, *non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt.*

Tit. 2. *v.* 9. Seruos Dominis ſuis ſubditos eſſe, *in omnibus placētes, non contra dicētes.*

1. *Pet.* 2. *v.* 18. Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis: *non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.*

1. Pet. 3. v. 5. *Sic enim aliquādo & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, ornabant ſe., ſubiectæ propriis viris. Sicut Sara obediebat Abrahæ*, Dominum eum vocans, *cuius eſtis filiæ benefacientes.*

Ap. 17. *v.* 14. *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos:* quoniam Dominus Dominorum eſt, *& Rex Regum, & qui cum illo*

per

per quem omnia, & nos per ipſum. *ſunt, vocati, electi, & fideles.*

1. Cor. 16. v. 21. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ,* ſit anathema, Maranatha.

Eph. 6, v. 23. *Pax* fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, *& Domino Ieſu Chriſto*, Gratia cum omnibus, *qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* in incorruptione.

Declaratio.

CHriſtus Dominus eſt, ſecundum vtramque naturam. Quatenus Deus, Dominus eſt æternus, & Patri per omnia, natura æqualis, ſicut & ſpiritui ſancto. Dominus enim Pater, vt habet Symbolum S. Athanaſij, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus. Et tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus. De Deo Domino ſolo & vnico. ſupra, parte prima huius demonſtrationis, cap. tertio, actum eſt, ex profeſſo, latius. Quatenus vero Chriſtus homo eſt, in tempore natus à Deo ordinato, temporalis quidem eſt Dominus, & non æternus: ſed tamen poſt Deum Dominus vniuerſalis, Dominus dominantium, Ap. 19. v. 17. Dominus excellentiſſimus ſuper omnes homines & creaturas vniuerſas: cui Pater omnia in manus dedit. Ioan. 3. v. 36: illique omnia tradidit Math. 11. v. 27. ideoq; omnis poteſtas ei data eſt in cælo & in terra. Mat. 28. v. 18. & hoc nõ ſolum ſecundũ diuinitatem æternaliter, ſed etiã ſecundũ humanitatẽ, cum diuinitate perſonaliter & inſeparabiliter coniunctam, per communicationem, idque

ideo,

ideo,&tunc maximè Deus teſtatum fecit,quando Chriſtus ſeſe ita humiliauit ,.& factus eſt obediens Patri vſque ad mortem,mortem autem crucis:propter quod & exaltauit eum, & dedit illi nomen (quod poſt reſurrectionem primum & præcipuè mundo innoteſcere cæpit vniuerſo)quòd eſt ſuper omne nomen , vt in nòmine Ieſu omni genu flectatur cæleſtium , terreſtrium & infernorum,& omnis lingua confiteatur quod Ieſus eſt in glória Dei Patris. Philip. 2.v.11.

Homines autem,quot & qualeſcunque ſunt &appellantur Domini,reſpectu Dei & Chriſti eius,meri tantùm ſunt, & veri ſerui: domini autem tantùm temporanei ſub Deo & Chriſto eius, reſpectu ſubditorum; quibus non ſuo, ſed Dei nomine, tanquam vicarij, ad tempús præſunt, ideoque reſpectiuè duntaxat & ſpeciales ſunt Domini, in ſingulas horas amouibiles & mortales.

CAP. III.

Chriſtus eſt Doctor noſter.

ESaiæ 30. v. 20. Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem , & non faciet auolare à te vltra , *Doctorem tuum*: & erunt oculi tui videntes præceptorē tuum

CAP. III.

Etiam alij ſunt Doctores.

ACt.13.v 1. *Erant autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores.*

1.*Cor.* 12. *v.* 28. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos,ſecundo*

Ioel.

Ioel. 2. v. 23. Et filiæ Sion exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro: *quia dedit vobis Doctorem iuſtitiæ*, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum.

Lucæ 4. v. 18. Spiritus Domini ſuper me: propter quod vnxit me, *euangelizare pauperibus miſit me*, ſanare contritos corde, *prædicare captiuis remiſſionem*, & cæcis viſum, dimittere contractus in remiſſionē, *prædicare annum Domini acceptum.*

Act. 3. v. 22. Moyſes quidem dixit: Quoniam *Prophetam ſuſcitauit vobis Dominus Deus veſter, de fratribus veſtris tanquam me, ipsū audietis*, iuxta omnia quę locutus fuerat vobis. Erit autem: omnis anima, *quæ non audierit Prophetā illum*, exterminabitur de plebe.

Prophetas, tertio Doctores, *deinde virtutes exinde gratias curationum, operationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ?* numquid omnes Doctores?

Eph. 4. v. 11. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, *ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.*

1. *Tim. 2. v. 7. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus teſtimonium temporibus ſuis*: in quo poſitus ſum ego Prædicator & Apoſtolus (*veritatem dico non mentior*) Doctor gentium, *in fide & veritate.*

Decla-

Declaratio.

CHriſtus ſummus eſt, & principalis, atque perpetuus Doctor, à Deo immediatè miſſus ad docendum & euangelizandum, qui non ſolum ipſemet docuit ſicut poteſtatem habens, Math. 7. v. 29. ſed etiam nunc docet per ordinarios Paſtores & Doctores, pro vt ipſe teſtatur, Qui vos audit me audit. Lucæ. 10. v. 16. Qui idcirco quidem Doctores etiam ſunt, & docent realiter: ſub Chriſto tamen, & Chriſti tantum Miniſtri & Vicarij ſunt ad tempus, quamdiu videlicet illo officio, vel vita funguntur.

CAP. IV.

Chriſtus eſt Magiſter noſter.

MAt. 23. v. 8. Vos autē *nolite vocari Rabbi. Vnus eſt enim Magiſter* veſter, oēs autem vos fratres eſtis. Et v. 10. *Nec vocemini Magiſtri: quia Magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.*

Math. 26. v. 18. Et Lucæ 22. v. 11. At Ieſus dixit: Ite ad Ciuitatē ad quendam, & dicite ei, *Magiſter dicit.* Tēpus meum prope eſt,

CAP. IV.

Etiam alij ſunt Magiſtri.

PRo. 5. v. 9. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docenti-*

apud

apud te facio Paſcha.

Io.3.v.2. Rabbi, *ſcimus quia à Deo veniſti Magiſter.*

Io.13.v.13 Vos *vocatis me Magiſter* & Domine, & benè dicitis: *ſum etenim.* Si ergo ego laui pedes veſtros, Dominus & Magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

Ioan.20.v.16. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quid dicitur, *Magiſter.*

Iacob.3.v. 1. *Nolite plures fieri Magiſtri,* fratres mei: ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis: In multis enim offendimus omnes.

um me, & Magiſtris nō inclinaui aurem meam?

Eccl. 12. *v.*11. *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui in alto defixi,* quæ per Magiſtrorum cōſilium data ſunt, *à Paſtore vno.*

Io. 3. *v.* 20. *Reſpondit Ieſus, & dixit ei:* Tu es Magiſter Iſrael, *& hæc ignoras?*

2. *Tim.* 1. *v.* 11. *In quo poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus,* & Magiſter gentium.

Heb. 5. *v.* 12. *Etenim* nō deberetis eſſe Magiſtri, *propter tempus rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonũ Dei: & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.*

Declaratio.

CHriſtus vnus & ſolus eſt Magiſter, principalis ſcilicet, & per excellentiam: Alij ſunt ſub Chriſto, & Vicarij ſeu miniſteriales Magiſtri, atque adeo ſerui & inſtrumenta ſeu organa Chriſti.

CAP.

CAP. V.

Chriſtus eſt Epiſcopus noſter.

1. PEt. 2. v. 25. Eratis enim ſicut oues errãtes: ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorẽ, *& Epiſcopum animarũ veſtrarum*

CAP. V.

Etiam alij ſunt, & vocantur Epiſcopi.

ACt. 20. v. 28. *Attendite vobis & vniuerſo gregi*, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, *regere Eccleſiam Dei.*

Philip. 1. v. 1. Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, *cum Epiſcopis*, & Diaconibus.

1. Tim 3. v. 1. Fidelis ſermo: *Si quis Epiſcopatum deſiderat*, bonum opus deſiderat. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.*

Tit. 1. v. 5. Huius rei gratia reliquî te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas, per Ciuitates presbyteres, ſicut & ego diſpoſui tibi. Et. v. 7. *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*, ſicut Dei diſpenſatorem.

Declaratio.

SIcut vnus & ſolus Chriſtus eſt doctor & Magiſter, ſic & vnus & ſolus eſt Epiſcopus noſter, ſummus, & per excellentiam ſcilicet, ac principaliter. Alij tamen etiam verè ſunt, & appellantur Epiſcopi, non abſolutè, aut ſine reſpectu, ſed propterea, quod Chriſti vnius, & ſolius, ſummique Epiſcopi, vices gerant, quo ad externum miniſterium, ſicut eius diſpenſatores

res & miniſtri. Quid enim Apollo, quid Paulus tametſi ex primis & principalibus Epiſcopis ſub Chriſto? Miniſtri eius, cui credidiſtis. 1. Cor. 3. v. 2.

CAP. VI.

Chriſtus eſt Paſtor noſter.

MArci 14. v. 27. Tunc dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptũ eſt enim: *Percutiam Paſtorem*, & diſpergentur oues gregis.

Io. 10. v. 11. *Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animã ſuam ponit pro ouib. Et v. 14. Ego sũ Paſtor bonus:* & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.

Heb. 13. v. 20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis *Paſtorẽ magnum ouium, in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,* aptet vos in omni bono, vt

CAP. VI.

Etiam alij ſunt Paſtores.

IEr. 3. v. 14. Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus, quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Et dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, *& paſcent vos ſcientia & doctrina.*

Io. 10. v. 2. *Qui autem intrat per oſtium,* hic Paſtor eſt ouium.

Eph. 4. v. 11. Et ipſe dedit, *quoſdam quidẽ Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas,* alios autem Paſtores.

1. Pet. 5. v. 1. *Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro conſenior,*

faciatis

faciatis eius voluntatatem.

1. Pet.2.v.25. Eratis enim ſicut oues errãtes, *ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem*, & Epiſcopum animarum veſtrarum.

1. Pet.5.v.1. Seniores ergo qui in vobis sũt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum: qui & eius, quæ

& teſtis Chriſti paſſionum: qui & eius quæ in futuro reuelãda eſt, gloria communicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, *prouidentes non coacti, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominãtes in cleris: ſed forma facti gregis ex animo.*

in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in cleris: ſed forma facti gregis ex animo. *Et cum apparuerit Princeps Paſtorum*, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

Declaratio.

CHriſtus tantum eſt magnus ille Paſtor ouium, qui animam ſuam realiter poſuit, pro ſalute ouium, & in ſanguine ſuo illas redemit. Heb. 13.v.20. & ſic non habet nec habuit aut miniſtrum aut vicarium. Eſt etiam ſolus Paſtorum Princeps. 1. Pet.5. v.4. ſed ſic habet ſub ſe Paſtores, Vicarios & miniſtros, qui in viſibili cura & regimine ouium, Chriſti locum officiumque adminiſtrant.

CAP. VII.

Chriſtus ſolus, & vnus eſt ſummus Paſtor Eccleſiæ ſuæ.

EZech. 34. v. 23. Et ſuſcitabo ſuper eas *Paſtorem vnum*, qui paſcat eas, ſeruũ meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in Paſtorem.

Ioan. 10. v. 15. Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, *& fiet vnũ ouile, & vnus Paſtor.*

CAP. VII.

S Petrus in ſe & ſuis ſucceſſorib. quoque eſt vnus & ſummus Paſtor Eccleſiæ.

IO. 21. v. 15. *Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei:* Paſce agnos meos. *Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei:* Paſce agnos meos. *Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me: & dixit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dixit ei:* Paſce oues meas.

Declaratio

CHriſtus non ſolum, quia ſolus ſuo ſanguine oues redemit ſuas; ſed etiam, quia ſolus

principaliter & æternaliter licet poſt Aſcenſionem tantum inuiſibiliter paſcit oues ſuas, ſũmus eſt & vnus Paſtor gregis & Eccleſiæ ſuæ. Sanctus tamen Petrus quoque vnus & ſummus eſt paſtor totius gregis & Eccleſiæ Chriſti non redemptione, aut regimine ſummo: ſed ex commiſſione Chriſti, & quo ad regimen externum, viſibile atque temporale. Ille enim vnus, hoc eſt, principalis & ſummus eſt Paſtor, cui omnes agni, & oues vniuerſæ commendatę ſunt ad paſcendum & regendum. Atqui Chriſtus omnes agnos, & omnes oues ſuas, abſque vlla exceptione vel determinatione, aut limitatione, paſcendas commiſit Petro: ergo abſque vllo dubio conſtituit eum ſupremum totius ouilis, hoc eſt, Eccleſiæ ſuæ Paſtorem. Et hoc eſt quod illi diu ante promiſerat, cum promittebat illi dare claues Regni cælorum, hoc eſt, ſupremam poteſtatem ſuper Eccleſiam ſuam: imo Eccleſiam ſuam ſuper ipſummet Petrum ædificare, hoc eſt, poſt ſe, ſummum & angularem lapidem in Petri functione & regimine ſolidare, atque auctiore reddere, ac complere & perficere etiã Math. 16. v. 18. & 19. Et illa omnia ſic intelligenda veniunt, quod exiſtente nihilominus & manente Chriſto, vno, ſummo & perpetuo, atque immortali Paſtore, ſeu, vt Petrus ipſemet loquitur, Principe Paſtorum, Petrus ſub Chriſto, & loco, ac nomine Chriſti (quo ad viſibilem gubernationem & paſturam Eccleſiæ) inter alios, ſimiliter miniſteriales Paſtores, & viſibiles Rectores Eccleſiæ vnus & ſummus Paſtor, ſuper alios collegas, & miniſtratorios Epiſcopos & Paſtores, à Chriſto (cum iam ad cælum aſcenſurus,

ſurus, & Eccleſiam atque mundum iſtum, quo ad viſibilem, & conſuetam, corporalemque præſentiam & adminiſtrationem, relicturus erat) inter omnes, & præ omnibus, & ſuper omnes Apoſtolos palam ſit, & expreſſè, ac viua voce ordinatus & confirmatus: idque in ædificationem, propagationē & conſeruationē Eccleſię ſuæ. Ex quo etiam liquidò & neceſſario ſequitur, quod illa verba Chriſti: & erit vnum ouile & vnus paſtor, principaliter quidem & propriè de Chriſto: ſecundario tamen & quo ad viſibile Eccleſiæ regimen, de S. Petro ſint intelligenda, & eius ordinarijs in viſibili ac ſuprema moderatione Eccleſiæ, ſucceſſoribus, Romanis Epiſcopis, qui S. Petro, Romę cathedram ſupremi paſtoratus ſub Chriſto, vſque ad mortem adminiſtranti, & ibidem ſub Nerone crucifixo, legitimè ſuccedunt. Si enim Chriſtus Ouili ſuo, quo ad Paſtores viſibiles, vſque ad finem mundi, & conſummationem myſtici ſui Corporis, quod eſt ipſa Eccleſia, prouidere voluit, & prouidit, vt S. Apoſtolus disertè teſtatur. Ep. 4. v. 12. vtique etiam de ſupremo, inter illos viſibiles & miniſteriales Paſtores, Paſtore & capite prouidere voluit & debuit: alioquin enim pax Eccleſiæ conſeruari & ſciſmata atque ſeditiones variæ deuitari non potuiſſent aut poſsūt. Si etiam in exordio, atque infantia quaſi Eccleſiæ, opus erat prouidere Eccleſiæ ſuæ de ſummo & principali Paſtore, quādo adhuc puſillus erat grex, & pauci Paſtores: quanto magis hoc neceſſarium eſt, quādo Eccleſia tanta ſumpſit incrementa, & per totum terrarum orbem propagata, tot centenis millibus ouium

aucta, quotidie plures nacta eſt & debuit habere atq; adſciſcere Paſtores? dubitari igitur nō poteſt nec debet, poſt Chriſtum & ſub Chriſto, qui ſolus proprius eſt, & ſupremus atq; hæreditarius & immortalis (nam tamen poſt aſcenſionem quo ad nos, inuiſibilis) Paſtor, cuius oues ſunt propriæ (vnde etiam dicebat Petro, paſce agnos meos, non tuos: paſce oues meas, non tuas) Petrum fuiſſe, & etiamnum eſſe in ſuis legitimis ſucceſſoribus vnum & ſupremum Ouilis Chriſti viſibilem & vicarium Paſtorem, cui Chriſtus nomine ſuo viſibiliter omnes, non ſolum oues, ſed etiam agnos paſcendos commiſit.

Obſeruatio.

Illa ſeria Chriſti, atq; expreſſa ſaluberrima, adeoq; neceſſaria ordinatio vnius ſummi (inter viſibiles Eccleſiæ rectores) Paſtoris hactenus per mille fere ſexcentos annos, ſummo & ſingulari Dei beneficio, inter tot Eccleſiæ oppugnationes, & infeſtationes maximas, continuata ſerie ſemper obſeruata & confirmata fuit; & licet in alijs locis, Epiſcopi cũ Eccleſiis particulares; temporis ſucceſſu, & hominum malitia, ſublati ſint & extincti; Roma tamen ſuos ſemper Epiſcopos in cathedra Petri ſuccedentes, & vniuerſæ Eccleſiæ clauum gubernantes, Deo aſpirante & iuuante, retinuit, & ad finem vſq; mundi quamdiu Eccleſia in terris colligetur & durabit, contra omnes inferni portas & oppugnationes, ſpiritus ſancti protectione, retinebit.

Qui hanc Chriſti ordinationem non vident, cæ-

cos,

cos;qui non intelligunt, ſtupidos & amentes; qui negant aut infeſtant, obſtinatos & peruerſiſsimos hæreticos, aut rebelles eſſe oportet: qui verò vel S. Petrum Romæ fuiſſe, & ſupremum Epiſcopatum totius Eccleſiæ adminiſtraſſe, vel ibi mortuum ſub Nerone & cruci affixum fuiſſe, ideoq; Romanum pro tempore Epiſcopum, eius in ſuprema cathedra ſucceſſorem eſſe, pertinaciter negant, non oues fideles, ſed impudentiſsimi potius canes, imo lupi infernales, & diaboli emiſſarij cenſendi veniunt: cum in Eccleſia Chriſti hoc apertiſsimum, exploratiſsimum, & teſtatiſsimum ſemper fuerit, & non ſolum vrbi, ſed & Orbi; nec Chriſtianis tantum, ſed etiam infidelibus notiſsimum extiterit. Qua de re in libellis noſtris; de primatu Petri; & cui titulus eſt: Atteſtatio SS. Patrum quod Petrus Romæ fuerit. &c. Coloniæ apud Hermanum Hoberg excuſis latius, atq; ex profeſſo actum eſt.

CAP. VIII.

Chriſtus ſolus & vnicus eſt Sacerdos noui Teſtamenti.

PSal. 109. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum: *Tu es Sacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech.*

CAP. VIII.

Etiam alij vocantur & ſunt Sacerdotes noui Teſtamenti.

E*Saiæ 61. v.* 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: *Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis.*

Eſaiæ 66. v. 21. Et

Heb.5.v. 5. Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, *vt Pontifex fieret*: ſed qui locutus eſt ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit: *Tu es Sacerdos in æternum*, ſecundum ordinem Melchiſedech.

Heb.6. v. 18. Confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quã ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentẽ vſque ad interiora velaminis: vbi procurſor pro nobis introiuit Ieſus: *ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.*

Heb. 7. v. 23. Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur manere: hic autem, eo quod maneat in æternum, *ſempiternum habet Sacerdotium*. Et v. 26. Talis enim decebat, *vt* aſſumam ex eis in Sacerdotes, & *Leuitas, dicit Dominus.*

Heb.7.v.12. Tranſlato enim Sacerdotio, *neceſſe eſt vt & legis translatio fiat.*

1. *Pet.2.v.4. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis*, ſacerdotium ſanctum, *offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum* Et *v.9. Vos autem genus electum*, regale Sacerdotium, *gens ſancta.*

Ap.1.v.5. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos Regnũ, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo.

Apoc.5.v.9. Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua & populo, & natione, & feciſti nos

nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cælis factus: qui nõ habet neceſſitatẽ quotidie, quemadmodum Sacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſeipſum offerendo.

Deo regnum, & Sacerdotes.

Apo.5.v.9. Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt Sacerdotes Dei, & Chriſti.

Declaratio.

CHriſtus in Cruce ſe obtulit viſibiliter & corporaliter in mortem, cum effuſione ſanguinis: ſic nõ poteſt ſe offerre ſæpius: quia à morte reſurgens, mori amplius non poteſt, nec ſanguinem effundere ſuum: nec opus habet ſe ſic offerre amplius: quia oblatione illa cruenta in cruce facta, & per mortem, quam ibi ſpontaneè ſubijt, vt turpiſsimam, ita & amariſsimam, omnia, quæ ad reconciliationem Dei, & redemptionem totius generis humani pertinebant, requirebantur, & erant neceſſaria, non ſolum ſufficienter, ſed etiam ſuperabundanter, perfectiſſimeque promeruit, & iuſtitiæ diuinæ pleniſſimè ſatisfecit.

In hoc Sacerdotij, & ſacrificij genere, Chriſtus ſummus & ſolus eſt Sacerdos, & Pont. Opt. maximus: nec habuit, nec habere debuit aut potuit, vllos vel vicarios vel miniſtros ordinarios: ſed ſolus torcular calcauit. Eſa. 63. v. 3. ſolus obtulit ſeſe per Spiritum ſanctum Deo Pa-

tri immaculatũ Heb. 9. v. 14. oblationẽ optimę fragrãtiæ, & Patri longe acceptiſſimã gratiſsimamq; Eph. 5. v. 2. Et hoc Sacerdotio & ſacrificio totaliter in Cruce perfunctus, & defunctus eſt. Eſt tamẽ, præter hoc ſacerdotij & ſacrificij officiũ, alio quoque modo & ordine Sacerdos, videlicet, ſecundũ ritũ & ordinẽ Melchiſedech: qui obtulit ſacrificiũ incruentũ & gratiarũ actionis, in quo nõ adhibuit, niſi panẽ & vinum. Gen. 14. v. 18. Quatenus eſt Sacerdos ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech, Chriſtus nõ in cruce (ibi enim cruẽtum obtulit, & propitiatoriũ ac redemptiuum Sacrificium, ſecundum ritum Aaronis) ſed in Cæna nouiſſima, ſub pane & vino (non ſecundũ ſpecies, ſed ſecundũ naturã mutatis, vt figura impleretur, & in veritatẽ trãſiret) realiter quidẽ, ſed inuiſibiliter & myſtico ac ſpirituali modo, in memoriã & gratiarũ actionẽ, redemptionis in Cruce factæ, Deo Patri ſeſe obtulit.

Secundum illum ritum & ordinem Melchiſedech, cum ſit, & maneat Sacerdos in æternum (prout Deus Pater iure iurando illi promiſit, & illum quoque confirmauit) non ſemel tantum ſeſe obtuliſſe ſatis fuit: ſed quamdiu Sacerdos erit ſecundum ordinem Melchiſedech, in æternum ſcilicet, ſeu quamdiu curſus huius mundi, & Eccleſia Chriſti in terris durabit (nam & illud tempus æternum, ſuo ſenſu & modo dicitur) & participatione Sacrificij cruenti in Cruce ſemel facti, ad redẽptionẽ & propitiationẽ, nec nõ ſanctificationẽ indigebit; Sacerdotiũ illud exercere, illoq; fungi & proinde etiam tale incruentum, & memoratiuum, atq; gratiarum actionis ſacrificium ſimili ritu & fine offerre debebit: Sacerdos enim reuera non

eſſet, nec dici poſſet ſine omni ſacrificio vt S. Paulus Heb. 8. v. 3. ſatis teſtatur, & probat.

Sub ſpecieb. autē panis & vini in Cælo ſeſe vtiq; nō auffert Chriſtus, nec offerre poteſt, ſicut in Cæna fecit, ſeu poſt cænā typicā abſolutā; inuiſibiliter, ſc. & myſticè ſeu ſacramētaliter, & ſpirituali modo: quia ibi Patri apparet viſibilis & viſibiliter ſeſe, & in propria perſona, abſq; vllo inuolucro, vel vlla panis aut vini ſpecie, vel vmbra etiā, indeſinenter ſiſtit & offert interpellando pro nobis vt participes reddamur ſacrificij illius vnici, & ſummi, atque infiniti meriti, quod in Cruce peregit & compleuit.

Ergo in Eccleſia adhuc Militante in terris, & indigente participatione atque efficacia ſacrificij Crucis, offerat ſeſe Chriſtus & fungatur Sacerdotio ſuo oportebit, ſecundum ordinem & ritū Melchiſedeci, vt officio ſuo, in implendis omnibus prophetijs & figuris de ſe publicatis, per omnia reſpondeat & faciat ſatis. Hoc vero præſtat ipſe quidē & præſtabit fideliter & perſonaliter ad mūdi vſque finē, & conſummationē Sāctorū: ſicut in cæna præſtitit ſemel: nō tamē poſt aſcēſionē ſuā in cælū ſine miniſterio, & medio aliorum. Sicut. n. ipſe adhuc eſt, & manet qui baptizat, iuxta prophetiā & teſtimoniū S. Ioan. Bapt. imo ipſiusmet Dei Io. I. v. 33. & tamē nō baptizat niſi per miniſtros ordinatos, & eorū miniſterio illiſq; vtitur tanquā inſtrumētis: ita etiā ipſemet etiamnū cōſecrat quidē & benedicit panē & vinū, ſicut in Cæna fecit, & corpus ac ſanguinē ſuū, imo ſeipsū perſonaliter, ſed inuiſibiliter omnipotentia ſua ſtatim præſentat (ſubſtantiâ panis & vini in ſuū corpus & ſanguinē tranſmutatis) & in memoriam

ac gratiarum actionem ſacrificij crucis, ſeu Redẽptionis ibi ſemel factæ Patri myſticè offert, & porrò loco Iudaici & figurati Manna, in cibum & potum, hoc eſt refectionem animæ porrigit atque diſpenſat: iuxta illud: Panis quem ego dabo, (ad finem vſque mundi ſcilicet, quãdiu in hoc deſerto peregrinatur populus ſuus) caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita: conſecrat inquam, offert, & porrigit; ſed non amplius in ſuamet perſona viſibiliter, ſed inuiſibiliter per miniſterium eorũ, quos ad hoc officij genus, ſingulariter elegit & vocauit. Inter quos primi fuerunt, & præcipui, duodecim Apoſtoli; quibus, & in eorum perſona, ordinariis etiam in iſto officio, ſucceſſoribus, expreſsè dixit, & commiſit dicens: hoc, (ſcilicet quod ego feci) facite in meam commemorationem.

Ab hoc ſacrificij & ſacrificandi genere atq; miniſterio, tam Apoſtoli, quam eorum, in eodem miniſterio, legitimi ſucceſſores, vocantur Sacerdotes, & Sacerdotes ſecundum ordinem Melchiſedech, non Aaron: quia non cruentum, & viſibili ac cruento modo, ſed incruentum, & inuiſibili ac ſpirituali ritu, non ſuo, ſed Chriſti nomine, Deo Patri offerunt memoratiuum, & gratiarum actionis ac laudis, Sacrificiũ, Chriſtum videlicet ipſum, panẽ cæleſtem & Manna noui Teſtamenti ſub ſpeciebus panis & vini verè quidẽ, & realiter, ſed inuiſibiliter, & ſpirituali ac ſacramẽtali modo præſentẽ. Vocantur autẽ Sacerdotes, non principales ſed miniſteriales, & vt ſic loquar inſtrumẽtales tantùm, quia Chriſtus per eos tanquam miniſtros ſuos,

& orga-

& organa deputata Sacerdotium & ſacrificium ſuum ſecundum ordinem Melchiſedech in Eccleſia ſua viſibiliter in terris exequitur: ſicut & per illos baptizat. Chriſt⁹ igitur ipſe eſt, & manet principalis, & vnicus Pontifex atque Sacerdos noui Teſtamenti; qui vt nunquam moritur, aut mori poteſt deinceps, poſtquam ſemel à mortuis reſurrexit; ita nullos habet, nec habere poteſt ſucceſſores, ſed ipſe ſolus & vnus manet & eſſe perſeuerat verus & realis Sacerdos; cuius Sacerdotes noui Teſtamenti non ſucceſſores, ſed ſeruitores & vicarij ſunt, quo ad extremum ſacrificij actum, atque viſibile miniſterium.

De hiſce, & talibus, veri quidem nominis, Sacerdotibus, ſed non principalibus, verùm miniſterialibus, ſeu miniſtratorijs tantùm, prophetauit Iſaias Propheta, imo Deus ipſemet tales promiſit per Iſaiam non ſemel, ſed ſæpius in nouo teſtamento ſeſe daturum, vti ex allegatis teſtimonijs clariſſimè conſtat. Et ſicut populus Iudaicus, à Deo regnum Sacerdotale & gens ſancta nuncupatur Exod. 19. v. 6: non quod omnes & ſinguli Sacerdotes eſſent futuri: ſed quod ex illis, & inter illos Sacerdotes ſancti eſſent eligendi & aſſumendi, qui pro ſe & populo, & per quos ipſe etiam populus ſacrificia Deo offerrent: ſic etiam S. Petrus Chriſtianos vocat gentem ſanctam, genus electum, & Regale ſacerdotium, quod ex illis, ſecundum promiſſionem diuinam (ſine adiuncta conditione) & Iſaiæ prophetiam, ſacerdotes erant aſſumpti, & aſſumendi, quamdiu ſtatus huius Eccleſiæ durabit, qui oblationes & ſacrificia

pro

pro populo offerrent: omnis namque, omnis inquam Pontifex ſeu Sacerdos, vt teſtatur S. Paulus. Heb. 5. v. 1: ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deũ, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Et iterũ: Heb. 8. v 3. omnis Pontifex ad offerendũ munera & hoſtias conſtituitur, vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat. Quin & ipſimet Chriſti fideles, per Sacerdotes ſuos miniſteriales, offerunt hoſtias ſpirituales, quia cũ illis & per illos ſacrificia laudis & gratiarum actionis Deo, pro redemptione in Cruce per Chriſtum facta, & omnibus eius meritis, & ab illo impetratis beneficijs, deuotè perſoluunt; aut in iſtiuſmodi ſacrificia, & ſpirituales hoſtias noui Teſtamenti expreſſe ac religioſè conſentiunt, ſicut & Iudæi in veteri Teſtamento per Sacerdotes ſuos ſpecialiter electos ſua quoque tam laudis & gratiarum actionis, quam alia præſcripta & debita ſacrificia offerebant.

Obſeruatio.

Ex quibus planè admodùm, & liquidiſſimè, conſtat, Catholicos, ſolum & vnicum Chriſtum pro vero, proprio, & principali, realiq; Sacerdote & Pontifice noui Teſtamenti, ſecundum ordinem Melchiſedech, agnoſcere, & confiteri: Sacerdotes autem à Deo in veteri Teſtamento promiſſos, & in nouo ab ipſomet Chriſto conſtitutos & ordinatos, etiam Sacerdotes quidem & Pontifices, reſpectiuè, dici, & quidem veraciter nominari; ſed non niſi ſub Chriſto miniſteriales Sacerdotes: quorum viſibili opera & miniſterio, Chriſtus ſummus & vnicus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech in ex-

in exequendo ſuum Sacerdotium & Sacrificium (quia ſibi ita viſum eſt & complacuit) viſibiliter vtitur illisque viſibilem iſtius ſacrificij executionem expreſſe commiſit. Sicut igitur Chriſtum officio & honore ſuo non ſpoliant, aut eius officium haudquaquā ſacrilegè inuadunt, qui legitimè vocati & ordinati, vel Epiſcopale, vel Paſtorale, vel doctoris officium adminiſtrant, non tamen Chriſtus, & ſolus Chriſtus, propriè loquendo, Epiſcopus, Paſtor, & Doctor noſter ſit cenſendus & agnoſcendus: ſic nec Chriſtum ſuo Pontificio aut ſacerdotio ſpoliant, aut illud in ſe transferunt, qui legitimè vocati & ordinati, Chriſti nomine ſacerdotium, & ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech externè adminiſtrant. ſicut etiam nihil Chriſto derogatur, quod Paſtor aut ſacerdos baptiZat: cùm tamen Chriſtus eſt, qui ſolus principaliter baptiZat: ſic nec offerendo ſacrificium ſecundum ritum & ordinem Melchiſedech: qui nihil ſuo, ſed Chriſti duntaxat nomine facit omnia: nec vt Chriſtus & Dominus ipſiusmet, ſed vt ſeruus & miniſter Chriſti tantum operatur, & facit, quæ Chriſtus in ſuo nomine fieri mandauit & commiſit. Quamtumuis autem Chriſtus ſolus & vnicus propriè ſit ſacerdos & Pontifex noui Teſtamenti; tamen nullibi dixit: vnus veſter ſacerdos eſt Chriſtus: ſicut dixit: vnus veſter Magiſter eſt Chriſtus Mat. 23. v. 10. & tamē licuit S. Paulo ſe Magiſtrū vocare ſine iniuria Chriſti: quare nō etiā Sacerdotes vocari, & ſacrificare poſſunt Miniſtri noui Teſtamenti, ſenſu ſæpedicto, abſque offenſione aut

præiudicio Chriſti? Meræ ſunt igitur, & impudentiſſimæ ſimulac mendaciſſimæ calumniæ, quas hæretici & Nouatores noſtri, contra Sacerdotes Noui Teſtamenti euomere non ceſſant, edocti à ſpiritu infernali.

CAP. IX.

Chriſtus ſolus, & vnicus eſt Mediator noſter.

1. TIm.2.v.5. vnus enim Deus, *vnus & Mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus.*

Heb. 8. v. 6. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, *quanto & melioris Teſtamēti Mediator eſt.*

Heb.9.v.15. Et ideo *noui Teſtamenti Mediator eſt.*

Heb.12.v.22. Acceſſiſtis ad Sion montē, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam & Eccleſiam primitiuorum,

CAP. IX.

Etiam alij vocātur, & eſſe poſſunt Mediatores.

DEut.5,v.5. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos, *in tempore illo.*

*Pſal.*150.*v.* 23. *Et dixit vt diſperderet eos: ſi* non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, vt auerteret irā eius, *ne diſperderet eos.*

Ier. 18. *v.* 20. *Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo*, & loquerer pro eis bonum & auerterem indignationem tuam ab eis.

Gal.3.v.9. Quid igitur lex? Propter tranſ-

qui

qui conſcripti ſunt in cælis,& Iudicem omnium Deum,& Spiritus iuſtorum perfectorum,*& Teſtamenti noui Mediatorem Ieſum.*

greßiones poſita eſt, donec veniret ſemen , cui promiſerat , ordinata per Angelos, in manu Mediatoris,ſcil.Moyſis.

Declaratio.

CHriſtus vnus & ſolus propriè eſt Mediator & potiſſimum noui Teſtimenti, vt S. Paulus expreſſè & ſæpius commemorat , atque inculcat etiam : quia videlicet ſanguinem ſuum fudit , & ſemetipſum dedit in redemptionem pro omnibus,vti ſeſe cap. ſecundo prioris Epiſtolæ ad Timotheum ſtatim declarat & explicat;& in Epiſtola ad Hebræos , maximè cap.9. v.15,cum dixiſſet Chriſtum per ſanguinem ſuum in cruce effuſum conſcientias noſtras emundare ab operibus mortuis , & ideo eſſe Noui Teſtaméti mediatorem,ſtatim ſubiungit: vt morte intercedente , in redemptionem earum præuaricationum,quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant,qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

Tali ratione & nomine nullus neque in cælo neque in terra ſine maxima blaſphemia & iniuria,atque etiam abnegatione Chriſti,cogitari,nedum credi , aut appellari poterit Mediator : quia nullus eſt , qui nos proprio ſanguine, & mortis ſupplicio redemit, & Deo reconciliauit proprijs meritis , quam ſolus & vnicus Chriſtus Ieſus.

Alio tamen ſenſu & nomine Mediator , etiam

iam dicitur, & licite appellari poteſt, qui vel Dei placita ad populum, vel populi neceſſitatem & voluntatem, ſeu petitionem ad Deum refert & ſua interceſſione commendat, & ſic ſanctus Moyſes ſequeſter & Mediator inter Deum & populum Iſraeliticum, expreſsè in ſacra ſcriptura, ab ipſomet Spiritu ſancto, nuncupatur. Sic etiam Mediatorem ſe inter Deum & populum fuiſſe interceſſione ſua, ſatis apertè teſtatur S. Ieremias. Sic quoque omnis, vt inquit S. Paulus, Heb. 5. v. 1. Pontifex ex hominibus aſsumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis ſimulque quaſi mediator inter Deum & hominem deſcribitur: ſicut & Aaron iuſſu Moyſis thymiama offerens, & ſtans inter viuos & mortuos, pro populo, quoniam iam ignis atque incendium vaſtabat, deprecatus eſt, & impetrauit, vt Deo placato plaga ceſſaret. Num. 16. v. 46. & 47. Et ipſemet Moyſes quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunans, & ſupplex orans pro populo poſt adoratum vitulum, Mediatorem egit, intercedendo, & impetrando, gratiam & remiſſionem à Deo grauiſſimè infenſo, vt ipſemet teſtatur Deut. 9. v. 13. & ſequentibus. Vt alia exempla, in prima parte nuper allegata, & ad longum poſita, hic prætercam.

Obſeruatio.

SI Mediatores limitato ſenſu apud Deum eſſe poſſunt; orando vidilicet & intercedendo pro alijs, homines adhuc mortales, & necdum beati, aut de ſalute ſua, ſecuri; quare non etiam, & millies

millies magis, qui iam vitam agunt in cælis immortalem, & Dei non ſolum propinqui, ſed proximi etiam, & ſummi amici ſunt, & beatitudine fruuntur non tantum certa, ſed etiam æternaliter duratura? Si autem alij ſancti ad vnum omnes, non ſicut Chriſtus ſolus & vnicus eſt Mediator, ſed intercedendo in Chriſti nomine, & per illum placando Deum iratum, Mediatores dici, & eſſe poſſunt ſine Chriſti iniuria aut vllo præiudicio: cur non etiam, & multo maximè, ſuper omnes alios cælites, orando, intercedendo, & impetrando, Mediatrix dici & eſſe atq; compellari poterit, ipſamet Dei ſuper benedicta & chariſſima Mater?

CAP. X.

Chriſtus eſt Aduocatus noſter apud Deum.

1. IO. 2. v. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt nõ peccetis. Sed ſi & qs peccauerit, *Aduocatũ habem⁹ apud Patrẽ, Ieſum Chriſtum Iuſtũ:* & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autẽ tãtũ, ſed etiã pro totius mũdi. Rom. 8. v. 34. Chriſtus Ieſus qui mortu⁹ eſt, imo & q̃ re-

CAP. X.

Etiã alij eſſe poſſunt, & ſunt Aduocati apud Deum.

GEn. 20. v. 7. Abraham fuit Aduocatus pro Abimelech.

Ex. 32 *v.* 10. *& Deut.* 9. *v.* 26. *Moyſes fuit Aduocatus pro populo Iſrael poſt adoratum vitulũ: & poſt murmurationem. Num.* 14. *v.* 10.

1. *Reg.* 12. *v.* 23. *Samuel itidem & Iob.* 42.

 ſurrexit,

ſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, *qui etiam interpellat pro nobis.*

Heb.7. v. 25. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens *ad interpellandum pro nobis.*

Heb.9.v.24. Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorũ: *ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

v. 7. pro Amicis ſuis.

Ier.18. Ieremias pro toto populo.

2. Mach.15.v.12. Erat autem huiuſmodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum: Poſt hoc apparuiſſe & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum: Reſpondentem verò Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei.

Rom. 1. v. 9. Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio Filij eius, *quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.*

Philip. 1. v. 3. Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, *ſemper in cunctis orationibus meis omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens*, ſuper communicatione veſtra in Euangelio Chriſti.

Col. 1. v. 3. Gratias agimus Deo, & Patri Domini noſtri Ieſu Chrſti, *ſemper pro vobis orantes.*

Col.

Col.4.v.12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt ſeruus Ieſu Chriſti, *ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus*, vt ſtetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.

2.Teſſ.1.v. 11. In quo etiam *oramus ſemper pro vobis:* vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute.

Philem.v. 3. Gratias ago Deo meo, *ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis*, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Ieſu, & in omnes ſanctos.

Declaratio.

CHriſtus non eſt ideo tantùm, vel principaliter Aduocatus noſter quod pro nobis Patrem orat vel interpellat: hoc enim & Paulus fecit ſæpius, vt ex ipſiusmet teſtimonio conſtat & S.Stephanus: & Chriſtus fieri quoque mandauit, quando iuſſit etiam pro perſequentibus & calumniantibus Deum orare Math.5.v. 44: nec non S.Iacobus, quando ait, orate pro inuicem vt ſaluemini. Iacob.5.v.16: & quotidie, imo indeſinenter fit, quando præſcriptam à Chriſto orationem, quam vocamus, Dominicam, perſoluimus: in illa enim ſemper, non ſolum pro nobis, ſed etiam pro alijs ſimul oramus. Quin nec pro nobis Patrem orare vel interpellare deberemus; quod tamen Chriſtus non ſemel, ſed ſæpius ſerioſiſſimè præcepit: Petite, inquit & dabitur vobis Lucæ 11.v.9. Et Io. 16.v.23. Amen amẽ dico vobis ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. vſq; modo nõ petiſtis quicquã in nomine meo: Petite & ac-

cipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. Quidſ quod S. Paulus non ſolum pro ſeſe ad Deum orationes, ideoque & interpellationes, ab alijs fieri toties & tam obnixe petijt, pro vt ſupra parte prima capite 46. probatum eſt: ſed etiam iuſſit etiam fieri pro omnibus hominibus, & maxime pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, cum tamen ibidem ſtatim ſubiungat, quod vnus ſit Mediator Dei & hominum: quod S. Ioannes de Chriſto Aduocato non aſſerit. Obſecro, igitur inquit, primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt. 1. Tim. 2. v. 1. Et Eph. 6. v. 18. Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſeruatione pro omnibus ſanctis & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelij.

Sed ideo ſpecialiter, & principaliter Chriſtus Aduocatus noſter dicitur, quia videlicet, nō ſimpliciter tantùm pro nobis rogauit Patrem, aut interpellare non deſinit: ſed quia, vt addit S. Ioannes, eſt propitiatio pro peccatis noſtris, adeoque totius mundi, & per oblationem ſuam cruentam & mortem crucis Patrem placauit & placat: & etiamnum apparet vultui Dei & interpellat pro nobis non ſola & ſimplici oratione, ſed ſeipſum, & ſua merita Patri offerendo & præſentando: ſicque per mortem crucis, & propria merita, Patrem rogat, & pro ſanctificatione & ſalute omnium, maximè electorum

rum interpellat indeſinenter ad finem vſque mundi. Et tali ratione, vt ſolus & vnicus eſt Mediator, per redemptionem, ſcilicet in ſanguine ſuo factam ſemel, & ſufficientiſſimè in ara Crucis: ita etiam ſolus & vnicus eſt Aduocatus noſter, quia nos proprijs meritis Deo propitiatos ſeu reconciliatos reddit; & per propria, nō aliorū merita à Patre poſtulat, vt paſſionis ſuæ, & meritorū reddamur & ad iuſtificationē, & ad ſalutem tam huius quā futurę vitæ, participes.

Homines autem ſiue pro ſeipſis, ſiue pro alijs orant Patrem, vt iuſsi ſunt per Chriſtum, & Apoſtolos, facere indeſinenter: non orant niſi per Chriſtum, per nomen & merita Chriſti; & ſic ſuo modo & ſenſu Aduocati quidem eſſe & dici poſſunt tam ſui ipſorum, quàm aliorū; quatenus ſc. ſiue pro ſe, ſiue pro alijs Deum orant, obſecrant atque interpellant, vt per Chriſtum iuſtificari & ſaluari, hoc eſt, per eius merita in cruce comparata, iuſtitiam & ſalutem conſequi valeant: ſed nullo modo, nullaque ratione vti Chriſtus Aduocatus eſt, & ipſi ſimiliter aduocati appellari; nec vt Chriſtus interpellat, & ipſi interpellare Patrē propriè dici poterunt. Ex quibus planiſſimum euadit, non obſtante, quod Chriſtus noſter apud Patrem aduocatus eſt, & Patrem inceſſanter pro nobis interpellat, licere tamē, & mandatum etiā Dei eſſe expreſsū, vt nihilominus homines & pro ſe, & pro alijs orare nō ceſſent; non quod Chriſti aduocatura & interceſſio nō ſit ſatis & ſufficiens, niſi noſtra accedat quoque oratio & interpellatio: ſed vt Chriſti mortis & ſanguinis, meritorumq; ſimul & interpellationis, quā per illa facit, eo citius,

pleniusque participes fieri poſſimus, & fructus percipere vberiores: ideoque noſtras orationes vel interceſſiones nihil derogare Chriſto vnico Aduocato noſtro per propria merita, nec eius per eadem interpellationi: ſed potius, eius dignitatem, gloriam, & honorem magis magiſque commendare, & teſtatum facere: quia pro eiſdem participandis tantopere laboramus: & ſine illis nihil nos ad ſalutē habere vel obtinere poſſe, palam atque apertè profitemur atque adeò reipſa proteſtamur.

Obſeruatio.

SI igitur mortales & peccatores pro ſeipſis, & alijs quoq; apud Deum, ſaluo Chriſti alioquin ſolius Mediatoris & Aduocati officio & honore, aduocare, hoc eſt orare, & ſic etiam, ſuo ſenſu & modo, Aduocati ſui, & aliorum dici & haberi poſſunt: quis dubitare poterit, ſanctos in cælis beatos & immortales, pro nobis apud Deum per Chriſtum ſimiliter, & potiore iure aduocare, hoc eſt, interpellare & orare, ſicq; etiam aduocatos noſtros licite nuncupare & compellari poſſe. Si autem Sancti cælites omnes aduocati dici & haberi, & vt tales inuocari poſſunt: cur non & multo magis, & præ omnibus etiam ſanctiſſimam Dei Genetricem & virginem Mariam, poſt Chriſtum, præcipuam noſtram Aduocatam appellare & inuocare licebit.

CAP.

CAP. XI.

Chriſtus eſt Rex noſter.

IEr.23.v.5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtum: *& regnabit Rex*, & ſapiens erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.

Math.2.v.2. Vbi eſt, *qui natus eſt Rex Iudæorum?*

Math.27.v.38. *Hic eſt Rex Iudæorum.*

Lucæ 1.v.31. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus & Filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedẽ Dauid Patris eius: *& regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

Lucæ 19.v.38. Benedictus *qui venit Rex* in nomine Domini, pax

CAP. XI.

Etiam alij ſunt Reges in nouo Teſtamento.

P*Sal 67.v.30. A templo tuo in Ieruſalẽ,* tibi offerent Reges munera.

Pſal. 71. v. 10. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes Reges terræ: *omnes gentes ſeruient ei.*

Eſa. 49. v. 22. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuę: *vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

Eſa.60.v.3. Et ambulabunt gentes in lu-

in cælo & gloria in excelſis.

Io.18.v.36 Reſpondit Ieſus: *Regnum meũ non eſt de hoc mundo.* Si ex hoc mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autẽ Regnum meum nõ eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Reſpondit Ieſus. *Tu dicis, quia Rex ſum ego.*

Ap. 1. v. 4. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt: & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, *& Princeps Regum terræ.*

Apoc.17.v 14. Hi cũ agno pugnabũt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus Dominorum eſt, *& Rex Regum.*

mine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. *Et v.* 11. *Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium*, & Reges earum adducantur. *Gens enim, & Regnum quod non ſeruierit tibi, peribit.*

Math. 25.*v.*34. *Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete* paratum vobis regnum *à conſtitutione mundi.*

Lucæ 22.*v.*29. Et ego diſpono vobis, *ſicut diſpoſuit mihi Pater meus* regnum. *Vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo.*

1. *Tim.*2.*v.*1. *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus:* pro *Regibus, & omnibus qui in ſublimitate poſiti ſunt.*

Ap.19.

Apoc. 19. v. 16. Et habet in veſtimento, & fæmore ſuo ſcriptum: *Rex Regum*, & Dominus Dominantium.

2. *Tim.* 2. v. 11. *Fidelis ſermo: Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.*

1. Pet. 2. v. 13. Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, *ſiue Regi*, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis. Et. v. 17. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: *Regem honorificate.*

Apo. 20. v. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecũda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, *& regnabunt cum illo* mille annis.

Ap. 22. v. 5. Et mox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos: *& renabunt in ſecula ſeculorum.*

Declaratio.

CHriſtus, etiam ſecundum humanitatem ſolus eſt Rex Regum, & Dominus dominantium, ſeu vt S. Ioannes Ap. 1. ait princeps Regum terræ, cui omnis poteſtas data eſt in cælo & terra. Math. 28. cuius regni non erit finis. Reges terræ, particulares tantum ſunt Reges ſub Chriſto temporales, mortales & fragiles, & reſpectu Chriſti, ſerui tantum, & quaſi commiſſarij. Reges tamen ſunt & vocantur etiã homines, maximè tamẽ qui cũ Chriſto regnant

regnant in cælis, & regnum poſſident, cum illo cæleſte, ac ſine fine duraturum.

Obſeruatio.

SI autem omnes qui Chriſto conſortes ſunt regni, idcirco meritò & rectè vocantur etiam Reges, & reſpectiuè Reginæ: quis dubitare poterit, SS. Dei Matrem Reginam appellari & ſalutari poſſe, & quidem Reginam cœli, & Angelorum ac Sanctorum omnium? tùm quia Regis Cœli & terræ Mater: tùm quia ſuper omnes Angelos & Sanctos beata & ſuperexaltata eſt in Regno cœlorum?

CAP. XII.

Chriſtus fuit plenus gratia.

LVcæ 2. v. 4. Puer autem creſcebat, & confortabatur, *plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo.*

Io. I. *v.* 14. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, *plenum gratiæ & veritatis.* Et v. 16. Et *de plenitudine eius* nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia.

CAP. XII.

Etiam alij fuerũt pleni gratia.

L*Vcæ* 1. *v.* 28. *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue* gratia plena. *Dominus tecum.*

Act. 6. *v.* 3. *Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem,* plenos Spiritu ſancto & ſapientia, *quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos vero orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Et placuit ſermo, coram omni multitudine.* Et *elegerunt Stephanum,*

Col.

Col. 1. v. 19. Quia in ipſo complacuit *omnem plenitudinem inhabitare.*

virum plenum fide, & Spiritu ſancto. *Et v.* 8. *Stephanus autem* plenus gratia & fortitudine, *faciebat prodigia, & ſigna magna in populo.*

Declaratio.

CHriſtus fuit plenus gratia, & fons ipſe: Sanctiſſima Virgo, & Protomartyr etiam S. Stephanus pleni quoque fuêre gratia & Spiritu ſancto, non natura, neque à ſeipſis, ſed quaſi riuuli per gratiam Chriſti, fontis omnis gratiæ.

CAP. XIII.

Chriſtus eſt propitiatio, & reconciliatio noſtra apud DEVM Patrem.

ROm. 3. v. 24. Iuſtificati gratis per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, *quē propoſuit Deus propitiationem*, per fidem in ſanguine eius.

2. Cor. 5. v. 18. Omnia autem ex Deo, *qui*

CAP. XIII.

Etiam alijs tribuitur, reconciliare & placare Deum, atque auertere iram eius.

PSal. 105. v. 25. *Et dixit vt diſperderet eos*: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. *Et v.* 30. *Et ſtetit Phinees*, & placauit, *& ceſſauit quaſſatio*

Sy. 44. *v.* 17. *Noe inuentus eſt perfectus, iunos*

nos reconciliauit ſibi per Chriſtum.

1. Io. 2. v. 2. Aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum Iuſtum, *& ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.*

1. Io. 4. v. 10. In hoc eſt chatritas, non quaſi nos dilexerimus Deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuũ *propitiationem pro peccatis noſtris.*

ſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.

Ier. 18. v. 20. Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, & loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.

2. Cor. 2. v. 18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis. *Et v. 20: Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Dei exhortatione per nos. Obſecramus pro Chriſto:* reconciliamini Deo.

Declaratio.

DEus nos ſibi reconciliauit per Chriſtum effectiuè: Chriſtus reconciliauit nos Deo meritoriè, per mortem & ſanguinem ſuum: ſicque Chriſtus vnus & ſolus eſt propitiatio & reconciliatio noſtra, & nullus alius. Sancti autem & iuſti, vt Noe, Moyſes, Phinees, Ieremias & alij, Deum placaſſe, & eius iram auertere, ſeu auertiſſe, dicuntur, orando, & intercedendo quia multum valet oratio iuſti aſſidua, Iob. 5. v. 16. Et aures Dei in preces iuſtorum, Pſal. 33. v. 16. & voluntatem eorum facit Pſal. 144. v. 19; principaliter tamen ſemper in nomine dilecti Filij ſui: Miniſtri Eccleſiæ reconciliant Deo, verbo; quando homines conuertunt, & ad pænitentiam

tentiam inducunt, reipſa autem, ſed miniſterialiter tantũ, quando per pænitẽtiæ & abſolutionis Sacramentum, reconciliationis per Chriſtum promeritæ faciunt participes: homines ipſimet peccatores, ſeſe reconciliant Deo, vt Paulus pro Chriſto obſecrat, præparatoriè ſeu diſpoſitiuè per legitimã pænitentiam, non ſine Chriſti meritis, ſed per ſola merita Chriſti, & recõciliationẽ ſemel ab ipſo in Cruce pleniſſimè perfectiſſimèque (ad ipſum quod attinet) pro vniuerſo Mundo factam, & comparatam.

Obſeruatio.

SI autem homines adhuc mortales, dicto ſenſu, Deum placare, reconciliare, ipſius iram auertere, & reconciliatio etiam dici poſſunt: quid ni etiam ſancti Beati, & præcipuè Sanctorum Domina & Regina, ſanctiſſima Dei Genetrix Maria?

CAP. XIV.

Chriſtus eſt ſanctificatio noſtra

1. COr. 1. v. 30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, *& ſanctificatio*, & redemptio, vt quẽadmodũ ſcriptum eſt: Qui gloriatur in Domino glorietur.

CAP. XIV.

Homines, vt verè per Chriſtũ fiant ſancti, ſeipſos sãctificare debent, per ſancta opera, & ipſimet sãctificatio Dei fieri.

IO. 17. v. 17. Sanctifica eos, (*rogabat Chriſtus Patrẽ*) in veritate. Et v. 19. *Et pro eis ego ſanctifico meipſum:* vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

Rom.

Rom.6.v.19. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra *ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem.*

Et.v. 22. Nunc vero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, *habetis fructum veſtrum, in ſanctificationem*, finem vero vitam æternam.

1. Cor. 1.v. 2. Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, *ſanctificatis in Chriſto Ieſu*, vocatis ſanctis.

1.Cor.6.v.11. Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti eſtis, *ſed ſanctificati eſtis*, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.

1.Cor.7.v.14. *Sanctificatus eſt enim Vir infidelis*, per mulierem fidelem: & *ſanctificata eſt mulier infidelis* per virum fidelem.

2. Cor. 7. v. 1. Has igitur habentes promiſſiones, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, *& ſpiritus ſanctificationem præficientes in timore Dei.*

1. Teſſ. 4. v. 3. Hæc eſt enim voluntas Dei, *ſanctificatio veſtra*: vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnusquiſque veſtrum vas ſuum *poſſidere in ſanctificatione & honore*. Et.v. 7. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, *ſed in ſanctificationem.*

2.Teſſ.2. v. 12. Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres dilecti à Deo, quod elegerit vos Deus primitias in ſalutem, *in ſanctificatione Spiritus.*

1.Tim.2.v.15. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide & delectione *& ſanctificatione*, cum ſobrietate.

2. Tim. 2. v. 21, Si quis ergo emundauerit ſe

ab iſtis

ab iſtis *erit vas in honorem ſanctificatum*, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum.

Heb. 12. v. 14. Pacem ſequimini cum omnibus, *& ſanctimoniam*, ſine qua nemo videbit Deum.

1. Io. 3. v. 2. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. *Et omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.*

Ap. 22. v. 11. Qui iuſtus eſt, iuſtincetur adhuc: *& ſanctus ſanctificetur adhuc*. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.

Declaratio.

CHriſtus factus eſt nobis ſanctificatio, effectiuè, quatenus gratiam ſanctificationis largitur per Sacramenta: & per illam in nobis, ſed non ſine noſtra cooperatione, operatur ſanctificationem, ſicque nos verè & realiter ſanctificat. Eph. 5. v. 26. Heb. 2. v. 11. 10. v. 10. meritoriè, quatenus illam per ſanguinem & mortem crucis, promeritus eſt, & apud Patrem comparauit Heb. 13. v. 12. Vt autem aliquis verè ſanctus aut ſanctificatus reddatur, non ſatis eſt credere, Chriſtũ eſſe ſanctificationem noſtram, hoc eſt, cauſſam efficientem & meritoriam ſanctificationis: ſed neceſſum eſt, vt etiam ſanctificet ſemetipſum, percipiendo ſcilicet Sacramenta, & ſanctè viuendo, ſeu vt S. Zacharias docet Lucæ. 1. v. 75. ſeruiat Deo in Sanctitate & iuſtitia veritatis. Vult enim Chriſtus vt ſanctificentur fideles ſui in veritate, & ita ſancti

ſint, ſicut & ipſe cum Patre ſanctus eſt: quod & S. Petrus exigit: ſancti eritis, inquit quoniam ipſe ſanctus eſt. 1. Pet. 1. v. 16. Atqui Deus non externa, vel credita, aut imputata alterius ſanctitate, ſed interna, & propria ſanctitate verè ſanctus eſt: nec in veritate sãctus eſt, cui externa ſanctitas imputatur tantũ, ſine propria vel interna ſanctitate: ſicuti & nemo ſapiens dici poteſt aliena ſapiẽtia, ſi ipſe interna careat, & reuera ſtultus ſit. Interna igitur, & propria ſanctitate, hoc eſt, quam per gratiam Dei, & Chriſti meritum fecimus, ſanctè operando & viuendo, ſancti eſſe debemus, ſi promiſſiones Dei, quæ ſunt conditionales, nobis applicare, & filij Dei eſſe, & nominari velimus, ſicuti ex ſcripturis ſecundo loco allegatis clariſſimè patet.

CAP. XV.

Chriſtus eſt iuſtitia noſtra.

1. COr. 1. v. 30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, *& iuſtitia.*

CAP. XV.

Homo fit etiam iuſtitia Dei, ſeu verè iuſtus corã Deo, interna ſua & reali iuſtitia.

EZech. 18. v. 20. Iuſtitia iuſti *ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper eum.* Et v. 22. In iuſtitia ſua, quam operatus eſt, viuet.

Mat. 5. v. 20. Dico enim vobis, quia niſi abũdauerit *iuſtitia veſtra*, pluſquam ſcribarũ & Phariſæo-

riſçorum non intrabitis in regnum cælorum.

Math. 5. v. 10. Beati qui perſecutionem patiuntur, *propter iuſtitiam.*

Math. 6. v. 1. Attendite ne *iuſtitiam veſtram faciatis* coram hominibus, vt videamini ab eis.

Rom. 10. v. 4. Finis enim legis, Chriſtus, *ad iuſtitiam* omni credenti. Et v. 10. Corde *creditur ad iuſtitiam.*

2. Cor. 5. v. 21. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, *vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.*

2. Cor. 9. v. 9. Diſperſit dedit pauperibus: *iuſtitia eius* manet in ſeculum ſeculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandū præſtabit, & multiplicabit ſemē veſtrum, & augebit incrementa frugum *iuſtitiæ veſtræ.*

Eph. 4. v. 23 Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, induite nouum hominum, qui ſecundum Deum creatus eſt, *in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

Eph. 5. v. 8. Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis eſt in omni bonitate, *iuſtitia,* & veritate.

Eph. 6. v. 14. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & *induti loricam iuſtitiæ.*

Philip. 1. v. 11. Et hoc oro, vt charitas *veſtra* magis ac magis abundet in ſcientia & omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti, *repleti fructu iuſtitiæ,* per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei,

Philip. 3. v. 8. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem

omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſterco-ra, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt: *ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.*

1.Tim.6.v. 11. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge; *ſectare vero iuſtitiam*, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.

2.Tim.2.v.21. Iuuenilia autem deſideria fuge: *ſectare vero iuſtitiam*, fidem, ſpem, charitatem, & pacem cum eis qui inuocant Dominum de corde puro.

2.Tim. 42. v. 8. In reliquo repoſita eſt mihi, *corona iuſtitiæ*, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex.

1. Io.3. v.7. *Qui facit iuſtitiam*, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt.

Declaratio.

SIcut Chriſtus eſt ſanctificatio noſtra ſic & iuſtitia: operando ſcilicet per gratiam, quatenus Deus, & promerendo ſpiritum ſanctum per mortem ſuam & ſanguinem pro nobis effuſum quatenus homo. Propria igitur, & interna iuſtitia à nobis, & in nobis requiritur, vt iuſti coram Deo veraciter, & iuſtitia Dei eſſe poſſimus. Propriam autem iuſtitiam vocamus, non quam nos proprijs viribus, abſque fide & gratia Chriſti operamur (de qua loquitur S. Paulus Rom.10.v.3. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiç Dei non ſunt ſubiecti. Et Philip.3.v.9. Et inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt) ſed noſtram, ſeu propriam iuſtitiam appel-

lamus, quam ipſimet operamur per gratiam Dei à Chriſto promeritam, & fidem charitate formatam, ſecundum voluntatem Dei, & mandata illus, nobis in verbo eius propoſita & declarata. Illa iuſtitia, Dei iuſtitia eſt, quæ per Dei gratiam principaliter facta eſt: Chriſti iuſtitia, quæ per eius meritum gratia collata: noſtra iuſtitia (ſicut verbum Dei, & Chriſtus ipſemet apertiſſimè expreſsè appellat) quia per nos, cum adiutorio & gratia Dei per Chriſtum promerita, & propter Chriſtum collata, corde & opere completa. Quod vero Chriſtus non ſit noſtra iuſtitia, eo quod ipſius iuſtitia nobis tantum, ſine omni noſtra operatione, imputetur: ſed quia nobis gratiam Dei, matrē & principalem operatricem iuſtitiæ, ſua morte & ſanguine promeruit, & quia, vt Deus, nos effectiue, vt homo, meritoriè reuera iuſtificat, hoc eſt iuſtos reddit, & iuſtitiam operari facit, ſicuti etiam ſanctificatio noſtra eſt: patebit ex capite ſequenti euidentius.

(.·.)

CAP. XVI.

Chriſtus nos verè & internè (non imputatiuè tantùm) iuſtificat, tam effectiuè quàm meritoriè.

ISaiæ 53. v. 11. Pro eò quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua *iuſtificabit*, ipſe iuſtus ſeruus meus, *multos*, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ro. 3. v. 24. *Iuſtificati gratis per gratiam eius*, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Et v. 26. Vt ſit ipſe iuſtus, *iuſtificans eũ, qui eſt ex fide* Ieſu Chriſti. Arbitramur enim hominem *iuſtificari per fidem ſine operibus legis.*

Rom. 5. v. 8. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tẽ-

CAP. XVI.

Homo ſeipſum quoq; iuſtificat, ſeu iuſtũ facit.

EZech. 18. v. 5. *Et vir ſi fuerit iuſtus*, & fecerit iudicium & iuſtitiam, *in montibus nõ commederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael: & vxorem proximi non violauerit: & ad mulierẽ menſtruatam nõ acceſſerit, & hominẽ non cõtriſtauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit, & nudũ operuerit veſtimento: & ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem:* hic iuſtus eſt, *vita viuet ait Dominus Deus. Et v. 21*

pus

pus Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc *iuſtificati in ſanguine ipſius*, ſalui erimus ab ira per ipſum. Et v. 15. Sed non ſicut delictú, ita & donum, ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Et v. 18. Igitur ſicut per vnius delictű in omnes homines in condemnationé: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines *in iuſtificationem vitæ.* Sicut enim per obediétiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditioné *iuſti conſtituentur multi.*

Rom. 8. v. 30. Quos *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea,* & fecerit iudicium & iuſtitiam: *vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor:* in iuſtitia ſua quam operatus eſt, *viuet.*

Math. 6. v. 1. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis, *coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Lucæ 1. v. 6. *Erant autem* iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela. *Et v.* 74. *Et ſine timore, de manu inimicorum liberati,* ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, *omnibus diebus noſtris.*

Act. 10. *v.* 35. *In omni gente qui timet eum,* & operatur iuſtitiam, *acceptus eſt illi.*

212

carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.

Gal. 2. v. 10. Scientes quod non iuſtificatur, homo ex operibus legis, *niſi per fidem Ieſu Chriſti*: & nos in Chriſto credimus, *vt iuſtificemur ex fide Chriſti*, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

Gal. 3. v. 24. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, *vt ex fide iuſtificemur*.

Gal. 5. v. 1. State & nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legi faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. *Nos enim ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus.* Nam in Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium (id eſt ad iuſtificationem) *ſed fides* (obſerua qualem fidem S. Paulus requirat ad iuſtitiam & ſalutem) *quæ per charitatem operatur*.

Gal. 6. v. 25. In Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; prçputium, *ſed noua creatura*. Et quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax per illos, & miſericordia.

1. Cor. 7. v. 19. Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: *ſed obſeruatio mandatorum Dei.*

Eph. 4. v. 23. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominẽ qui ſecundum Deũ creatus eſt, *in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

Philip. 1. v. 9. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu: vt probetis

potiora: vt ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti, *repleti fructu iuſtitiæ* per Ieſum Chriſtũ in gloriam, & laudem Dei.

2.Tim.2.v.22. Iuuenilia autem deſideria fuge, *ſectare verò iuſtitiam,* fidem, ſpem, charitatem.

Tit. 2. v. 11. Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, *vt abnegãtes omnẽ impietatẽ, & ſecularia deſideria ſobriè & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo,* expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti; qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate & mũdaret ſibi populũ acceptabilem, *ſectatorem bonorum operum* Hæc loquere & exhortare.

Tit.3. v.4. Cum autẽ benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos (.i. ante conuerſionẽ, & fidem) ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: *vt iuſtificati gratia ipſius*, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Fidelis ſermo eſt: & de his volo te confirmare: *vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo.* Et. v. 14. Diſcant autem & noſtri *bonis operibus præeſſe,* ad vſus neceſſarios: *& non ſint infructuoſi.*

Heb.11.v.33. Qui per fidem (loquitur de ſanctis veteris Teſtamenti) vicerunt regna, *operati ſunt iuſtitiam.*

Iacob.2.v. 14. Quid prodeſt fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat?

beat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Et v. 20. Vis autem ſcire homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham Pater noſter *nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac Filiũ ſuũ ſuper altare?* Vides, quoniã fides cooperabatur operib. illius: & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã, & amicus Dei appellatus eſt. *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantũ?* Similiter & Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios & alia via eijciens? *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.*

1. Pet. 2. v. 22. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: *vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus.*

1. Io. 2. v. 29 Si ſcitis, quoniam iuſtus eſt: ſcitote quoniam & *omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.*

1. Io. 3. v. 7. Filioli, nemo vos ſeducat. *Qui facit iuſtitiã iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt.* Et v. 10. Omnis *qui non eſt iuſtus non eſt ex Deo*: & qui non diligit fratrem ſuum.

Ap. 19. v. 8. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſsino ſplendenti, & candido; Byſsinum enim *iuſtificationes ſanctorum.*

Ap. 21. v. 11. *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc*: & ſanctus ſanctificetur adhuc.

Declaratio

EX allegatis ſcripturis planum eſt, nos per Chriſtum, non imputatione ſuæ duntaxat iuſtitiæ, ſed efficaciter & realiter per eius meritum

ritum & gratiam (non tamen ſine nobis, & noſtra vel præparatione, vel cooperatione) iuſtificari, hoc eſt coram Deo iuſtos reddi. Dicit autem *S.* Paulus Rom. 4: & ſerioſiſſimè vrget (contra eos qui ex lege Moyſis ſine fide & gratia volebant iuſtificari, aut fidem ſine circumciſione & ſimilibus legis obſeruantijs ceremonialibus aſſerebant non ſufficere ad iuſtificationẽ & ſalutem) quod Abraham per fidẽ fuerit etiã in præputio, hoc eſt, ante circumciſionem acceptam iuſtificatus, quodq; fides illius reputata fuerit ei ad iuſtitiam, videlicet, abſque operibus legis, hoc eſt, ſine circumciſione, aut legis obſeruatione Moſaicæ, quæ tunc necdum lata erat imo etiam abſque omnibus operibus, naturaliter videlicet, & ante fidem factis: ſed tamen non dicit quod iuſtitia Dei aut Chriſti illi fuerit ad ſuam iuſtitiam ſine ſua fide aut cooperatione reputata: ſed quod per fidem fuerit iuſtificatus: ideoque vocat fidei iuſtitiam, quia per fidem, abſque operibus, præcedentibus fidem, impetrata, & impetrata gratis, ſeu per gratiam diuinam. Etſi autem à iuſtificatione illa S. Paulus non ſolum legis opera, ſed etiam opera ſimpliciter excludat: tamen non ideo excludere cenſendus eſt opera bona. Diſtinguit enim S. Paulus, inter opera; & opera legis; & opera bona. Opera ſimplicter vocat, quæ naturaliter & ex viribus naturæ, ſine fide & gratia Dei fiunt, etiam ab ethnicis: opera legis autem, quæ ſecundum præſcriptum legis Moſaicæ, maximè quo ad circumciſionem & ceremonialia, etiam ſine fide in Chriſtũ, & gratia eius fiunt, quæ etiã appellat opera iuſtitiæ quæ fecimus nos Tit. 3. v.

5: &

5. & iuſtitiam noſtram. Philip. 3. v. 9. Rom. 10. v. 4. Bona vero opera vocat, quæ per fidem fiunt & gratiã Chriſti, ſine illis, bonis inquã operibus, nunquam, & nullibi Paulus quemquam iuſtificari aſſerit: ſed illa in fide, quam requirit & vrget tantopere quaſi ſolam, ſimul intelligit, & complectitur, vt non ſolum S. Iacobus cap. 2. ſed etiã ipſemet S. Paulus Galat. 5. v. 1. &. 1. Cor. 13. v. 2. & alibi aperte ſatis declarat atque interpretatur. Quanquam autem fides & opera fidei, quæ fiunt ante primam iuſtificationem, qua homo de iniuſto & peccatore fit iuſtus, neceſſaria quidẽ ſunt ad primam ſeu initialem iuſtitiam: non tamen illam merentur: quæ vero fiunt à reconciliatis & iuſtificatis, non ſolum augent iuſtitiam ſed etiam illius incrementum, nos non mercedem etiam merentur æternam; idq; propter gratiam, & promiſſionem Chriſti potiſſimum.

Obſeruatio.

SI Chriſtus verè non imputatiuè iuſtus, in ſapientia ſua verè etiam iuſtos facit. Eſa. 53. v. 11: ſi etiam iuſtitiam faciens verè iuſtus eſt, ſicut Deus veraciter iuſtus eſt. 1. Io. 3. v. 7. Vbi, & vnde imputatiua illa, imo factitia, & fictitia iuſtitia Nouatorum? Si etiam per fidem iuſtificamur, vtiq; veraciter, & non apparenter vel fictitiè tantùm; & fides quæ in Chriſto, ad iuſtitiam, & ſalutem participandã aliquid valet, per charitatẽ operari debet. Galat. 5. v. 6. & ſine charitate nihil corã Deo valet. 1. Cor. 13. v. 2. imo mortua eſt. Iacob. 2. v. 26. Vnde & vbi nata eſt vel ſubſiſtere poteri.

nouitia

nouitia illa & ſpecialis, & quidem ſola fides, quã commenti ſunt, & manum Chriſti iuſtitiam imputatam apprehendentem, ſine Scriptura confinxerunt hæretici, & Nouatores noſtri? Nonne vt piis fidei, per charitatem operantis, derogant impiè operibus iuſtitiæ, ita etiã Chriſtomet ipſi ſunt iniurij, quando blaſphemè negant contra S. Paulum. Rom. 5. v. 19. Per Chriſtum eiuſq́; obedientiam, nos verè iuſtificari, & effici iuſtos, ſicut per Adæ inobedientiam verè, & non imputatiuè facti ſumus impij & peccatores? Nonne ideo à Chriſto ſumus liberati, vt illi ſeruiamus in iuſtitia & ſanctitate veritatis, hoc eſt in iuſtitiâ & ſanctitate vera? Lucæ 1. Nonne iuſtificatio, ſeu iuſtificatus homo, nouus eſt ille homo, quem iubemur & tenemur induere, qui ſecundum Deum, verè, vtique iuſtum & ſanctum, creatus eſt, in iuſtitia & veritate? Eph. 4. v.24. Nonne illa eſt noua creatura, Gal. 6. quam vocat obſeruationem mandatorum Dei. 1. Cor. 7. v. 19. Nonne illi Sancti appellantur, qui per fidem, non apprehenderunt duntaxat externam, ſed operati ſunt iuſtitiam? Heb. 11. v. 33. Nonne imputatiuè duntaxat iuſti, & veri interim peccatores, imputatiuè etiam cenſendi ſunt beati, ſed veraciter damnabiles, & poſt imputatum cælum, realem & æternalem conſequuntur, & poßidebunt gehennam? Nonne iſtos ſolifidarios, & imputatitios iuſtos notauit, & ſuis depinxit coloribus, quando ſcripſit, & quaſi nominatim, & digito eos deſignauit.

gnauit. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant: cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi? Tit. 1. v. 16. Si iuſtum tantum pronunciat ipſemet Deus, qui facit iudicium & iuſtitiam, ſeruat omnia mandata eius, & præ omnibus agit pœnitentiam ab omnibus, ab omnibus inquam peccatis. Eccleſ. 18. v. 5. Si illos etiam beatos, qui faciunt iudicium & iuſtitiam in omni tempore, per os Dauid pronunciat. Pſal. 105. v. 3. & vnuſquiſque non ſecundum ſolam & electitiam fidem, ſed ſecundum opera, opera inquam ſua reddet fidelis & iuſtus Iudex. Pſal. 61. v. 13. Syr. 11. v. 28. Math. 16. v. 27. Rom. 2. v. 6. Apoc. 2. v. 13. & 22. v. 13. vbi ſolifidarij, non verè ſed reputatiuè iuſti, & ab omnibus bonis operibus vacui, vbi manebunt, quomodo & vbi conſiſtent? quod & quale cælum, niſi reputatiuum, intrabunt; qualem beatitudinem niſi reputatitiam, & imputatiuam conſequentur? Si noſtri, (hoc eſt, verè Chriſtiani & fideles, vt verè ſancti, & iuſti cenſeri & eſſe poſſint, & ſeſe non fictè, ſed vere Deo credere teſtatum faciant) curare debent, vt bonis præſint operibus. Tit. 3. v. 7: & in hunc finẽ Chriſtus nos redemit, & mũdauit, mundauit inquã) mediãte baptiſmo, de quo Tit. 3. v. 5) vt faceret nos populum Deo acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, imo etiam hoc ipſum expreſſè & ſerio docuit, vt abnegantes omnem impietatem & ſecularia deſideria ſobriè, iuſtè, piè viuamus in hoc ſeculo. Tit. 2. v. 12: ideoq;

& ſic

& ſic peccata noſtra ſuper lignum in corpore ſuo portauit, vt (ſi per ipſū iuſti & beati fieri velimus) peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. 1. Pet. 2. v. 24: *quis non videat, ex noſtris, hoc eſt, Chriſtianis non eſſe, qui per ſolam, & partialem, atq; extra, imo contra verbum Dei conſictam ſidem, Chriſti tantum iuſtitiam externe, inſtar manus, apprehendentem, ſine interna iuſtitia, ſine operibus bonis, ſine pœnitentia, & eius dignis fructibus, & iuſtificari & ſaluari præſumunt per Chriſtum?*

CAP. XVII.

Chriſtus plenariè & ſufficientiſsimè nos Patri reconciliauit, per mortem ſuam.

ROm. 5. v. 10. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo *per mortem Filij eius*: multo magis recōciliati, ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autem: ſed & gloriamur in Deo, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *per quem nunc reconciliationem accepimus.*

CAP. XVII.

Et homines nihilominus ſeſe debent reconciliare Deo.

2. PAr. 30. v. 18. Et orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitiabitur cunctis, *qui in toto corde requirunt Dominum Deum Patrum ſuorum.*

Syr. 28. v. 2. *Relinque proximo tuo nocenti tibi*: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. *Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam*: In hominem ſimilem ſibi nō

2. Cor.

2. Cor.5.v.18. Omnia autem ex Deo, *qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum.*

Eph.2.v.14. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietẽ maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem, *& reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem.*

Col. 1. v.19. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinẽ habitare: & per eum *reconciliare omnia in ipſum: pacificans per ſanguinem crucis eius,* ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.

habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? *quis* exorabit pro delictis illius?

Ier.5. v.1. Circuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei.

Ier. 31. v. 33. Hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael: poſt dies illos dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero illis in Deũ: & ipſi mihi erunt in populum. Et non docebit vltra vir proximũ ſuum, & vir fratrem ſuum dicens: Cognoſce Dominum: omnes enim cognoſcent me, à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

Ier.39.v.3. Si Forte audiente domo Iuda vniuerſa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque

vnuſquiſque à via ſua peßima: & propitius ero iniquitate & peccato eorum.

2 Machab. 10. v. 25. Machabæus autem, & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, *deprecabantur Dominum, caput terra aſpergentes, lumboſque cilitijs præcincti, ad Altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius*, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & aduerſarijs aduerſaretur, ſicut lex dicit.

Math. 5. v. 23. Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante Altare, *& vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.*

2. Cor. 5. v. 19. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorũ, & poſuit in nobis verbum recõciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, *tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

Declaratio

CHriſtus, & quidem ſolus Chriſtus, nos, atq; adeo totum mundum, per crucem & mortem ſuam Deo Patrì ſufficientiſſimè & pleniſſimè, quo ad meritum, reconciliauit, & pretium exoluit, exuberantiſſimum etiam: & per Chriſtum ipſemet Deus mundum ſibi reconciliauit, quia Dei voluntas fuit, vt Chriſtus homo fieret, & in ſuſcepta humanitate mortem obiret Crucis, pro conciliatione totius humani generis in Adamo deperditi: quia Chriſtus ſimul vt homo, ita & Deus fuit. & ſolus homo, vt homo tantùm pretium perſol-

perſoluere, nec tam amplum, adeoque infinitum meritum comparare potuiſſet.

Nihilominus tamen quia illa reconciliatio in cruce & per crucem promerita, actu, & reipſa non communicatur, niſi per certos Miniſtros, qui ſunt myſteriorum Dei diſpenſatores & certa media quæ ſunt, Sacramenta noui Teſtamenti, & præ omnibus, ſacramentum Baptiſmi, & deinde Pœnitentiæ: ideo & Miniſtri, illi quibus miniſterium reconciliationis commiſſum eſt à Deo, ſuo modo & ſenſu nos Deo reconciliare dicuntur: quando vero non omnibus ſine diſcrimine & delectu, ſed illis tantum, gratiā reconciliationis diſpēſant & diſpenſare poſsūt, qui ſunt capaces Sacramētorū, & quæ ab illis diuinitus requiruntur ad reconciliationem participandam in Chriſto, reipſa præſtant & præſtare ſunt parati: ſic etiā ipſimet homines à S. Paulo pro Chriſto rogantur, vt reconciliētur Deo, id eſt, actu atq; effectiue perſonaliter, ſeu pro ſua perſona percipere ſtudeāt & ſatagāt, quę Chriſtus in cruce generaliter omnib. ſibi obtēperātibꝰ (Heb. 5. v. 9) ſemel promeruit.

Ad propitiationem autem ſeu reconciliationē per Chriſtū in cruce promeritā, tam pro illis, qui fuerūt ab initio mūdi, quā qui erunt vſque ad finē illius (ab initio enim mūdi agnus fuit occiſus, ordinationē ſc. diuina, & efficacia mortis ac meriti, vt teſtatur S. Ioan. Apo. 13. v. 8) participādā ſēper in adultis requiſita fuit cognitio & fides Dei, pœnitētia, oratio & alia de quibus ſcripturę ex veteri teſtamēto allegatę mētionē faciūt: in nouo tamē Teſtamēto præter illa, primū, & ante omnia Sacramēta, ad reconciliatio-

ciliationem & propitiationem illam conſequendam, neceſſaria eſt regeneratio quæ fit per baptiſmum ex aqua & Spiritu ſancto. Io. 3. v. 3. & 5.

Sicut autem homo ſemet lauare & ſaluare dicitur (de quibus conſequenter agetur) quando pænitentiã, & illa agit, quę Deus exigit, vt in Chriſto lauari & ſaluari poſſimus: ſicut etiã, licet Deus nos propriè paſcat, & ſanare dicatur: tamen etiã homo ſeipſum paſcit & ſanat, quando medijs vtitur, per quæ Deus nos paſcit & ſanat: ſic etiam noſmetipſos Deo reconciliare, & propitiatos reddere dicimur, & reconciliamus etiam actualiter, quando ex fide debita, pœnitentiam, & alia à Deo præcepta agentes, actu, & reipſa, pro noſtra perſona, conſequimur & participamus, quod omnibus in genere, & ſine exceptione promeritum eſt in Cruce, & certis, iuſtiſſimiſque conditionibus, promiſſum eſt à Chriſto, & per Chriſtum à Deo Patre.

CAP. XVIII.

Chriſtus nos emit & redemit, pretio ſanguinis ſui.

1. COr. 6. v. 20. *Empti enim eſtis* pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

1. Cor. 7. v. 23. *Pretio empti eſtis*, nolite fieri

CAP. XVIII.

Homo etiam emit & lucratur tam ſe, quam alios, imo & ipſummet Chriſtum lucrifacere poteſt & debet

PRo. 16. v. 6. *Miſericordia & veritate redimitur iniquitas.*

ſerui

ſerui hominum.

1. Pet. 1. v. 17 Et ſi patrē inuocatis eum, qui ſine acceptione Perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini. Scientes, *quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis* de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis: ſed *pretioſo sãguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incõtaminati.*

2. Pet. 2. v. 1. Fuerūt vero & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducēt ſectas perditionis, *& eum qui emit eos, Dominum negant.*

Ap. 5. v. 9. Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniã occiſus es, *& redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.*

Eſa. 55. v. 1. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, *& comedite:* venite emite *abſque argento, & abſq; vlla cõmutatione vinũ & lac.*

Daniel. 4. v. 24. *Quãobrem Rex conſilium meum placeat tibi, &* peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.

Math. 13. v. 44. Simile eſt Regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenerit homo, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa, & emit agrũ illum.

Math. 18. v. 15. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audiuerit, lucratus es fratrem tuum.

1. *Cor. 9. v. 19. Nam cum liber eſſem ex omnibus: omnium me ſeruum feci, vt plures lu-*

Apoc.14.v.3. Nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, *qui empti ſunt de terra.* Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit. *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno.*

crifacere. Et v.22 Factus sũ infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacere, *Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus*, vt Iudæos lucrarer, *ijs qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, (cum ipſe nõ eſſem ſub lege*) vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem, *ijs qui ſine lege erant tanquam ſine lege eſſem(cum ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti)* vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant.

Philip.3.v.8. omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, *vt Chriſtum lucrifaciam.*

Apo.3.v.18. *Suadeo* tibi *emere à me aurũ ignitum, probatum vt locuples fias*, & veſtimentis albis induaris, & non appereat confuſio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas.

Declaratio.

CHriſtus ſolus, verè emit & redemit nos proprio ſuo ſanguine, & animã ſuam poſuit pro redemptione totius generis humani, ſicque torcular calcauit ſolus: quia precium emptionis & redemptionis ſufficientiſſimum & infiniti etiam valoris (ſanguinẽ videlicet ſuum, & ſemetipsũ in mortẽ) in cruce perſoluit. Emit inquã & redemit merito, non actu, vel ex-

ecutione

ecutione ibidem: quia alioqui nullus damnaretur, ſed omnes ſalui fierent: quum tamen conſtet multos vocatos, paucos electos imo pauciſſimos ſaluari, reſpectu eorum qui peccant & damnantur; idque ideo, quia iſtius perſoluti precij ſeſe non reddunt, ſecundum præſcriptum & voluntatem Dei participes: ſicque culpa ſua, non Chriſti, manent mancipia peccati, diaboli, & ad æternam damnationem obligati. Reſpectu igitur precij, quod Chriſtus perſoluit, & eiuſdē valoris, oēs homines qui fuerunt ab initio mundi & erunt vſq; ad extremū iudicium empti & redempti ſunt, quo ad ſufficienciam ſcilicet: reſpectu verò eorum, qui ſeſe debitis modis & medijs participes faciunt iſtius perſoluti precij, non omnes, ſed multi, imo pauci tantùm redempti ſunt & redimuntur. Et hoc Chriſtus inſinuare voluit, quando dixit Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui *pro multis effundetur* in remiſſionem peccatorum. Math. 26. v. 28. Marci. 14. v. 24. Et Lucæ 22. v. 20. Hic eſt calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, *qui pro vobis fundetur*. Et Math. 20 v. 28. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam *redemptionem pro multis*.

Sicut autem ſe Deo reconciliare dicitur, qui facit quæ Deus requirit, pro participatione reconciliationis per Chriſtum factæ: ſic etiam emere & redimere, quæ tamen ſolus Chriſtus emit, & redemit (ſcilicet peccata noſtra & culpas eorum & gratiam iuſtificationis & ſalutis, ſeu animas noſtras & ſalutem ipſam) quando

credẽdo, orãdo, Sacramẽta percipiẽdo, pęnitẽtiam agẽdo, eleemoſynas & pia opera exercendo aliaq́; faciendo, quæ Deus exigit, ſeſe participem facit emptionis & redemptionis à Chriſto factæ, conſequiturque gratiam iuſtificationis, ſanctificationis, & æternæ ſalutis, quæ lactis & vini, auri & argenti, ſeu theſauri abſconditi nomine, intelliguntur. Similiter & alios lucrari dicimur, quando infideles ad fidem, peccatores ad pœnitentiam, iuſtos ad iuſtitiæ incrementũ & perſeuerantiã, monendo, alijſq́; pijs mediis ac modis perſuadendo inducimus & à via erroris ac periculo ſalutis, ad veritatem fidei, ſalutiſque directam viam, traducimus & in quærenda adipiſcendaq́; ſalute per Chriſtum quibus poſſumus rationibus adiuuamus; ſicque non primariè (quod ſoli Chriſto competit) ſed ſecũdariò, & miniſterialiter, tam à perditione præſeruamus, quam ad ſalutis, per Chriſtum partæ, participationem promouemus. Et hoc ſenſu S. Paulus tam iudæos qui ſub lege erant, quam gentes, qui ſine lege tunc erant miniſterio verbi, monendo, rogando, & nihil non tentando, ſeu vt ille loquitur (quatenus ſalua fide & conſcientia potuit) omnia illis fiendo lucratus eſt, ſeu lucrari & lucrificare alioqui perituros, ſatagebat. Sic etiam, vt Chriſtum ipſummet lucrificaret, hoc eſt, vt Redemptorem, ita & ſaluatorem habere, & eius meritum ac gratiam abundãtius certiuſq; conſequi & participare poſſet, tam in hac quam in futura vita, omnia contẽpſit, quæ prius magni fecerat & vt detrimentum æſtimauit. Ex quibus, omnibus, facilè erit intelligere, quo ſenſu & fine ſcri-

pturæ

pturæ ſecundo loco ſint allegatæ; & quomodo Chriſti officio, honore & meritis ſaluis interpretando veniant.

CAP. XIX.

Chriſtus ſemel tā-tùm ſeſe in cruce obtulit; & vnica illa cruenta oblatione omnia cōſummauit, & promeritus eſt, quæ humano generi ſunt ad ſalutem neceſſaria.

ROM. 6. v. 10. Quod enim mortuus eſt peccato, *mortuus eſt ſemel.*

Heb. 7. v. 26. Talis enim decebat vt nobis eſſet Pōtifex, ſanctus, innocens & impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus: qui nō habet neceſſitatē quotidie, quemadmodum Sacerdotes prius pro

CAP. XIX.

Chriſtus quotidie offert ſeipſum tùm in cælis perſonaliter & viſibiliter: tùm in terris per Sacerdotes noui Teſtamenti, perſonaliter quidem etiā, ſed ſacramentaliter, & inuiſibiliter.

E*Saiæ 61. v. 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri vocabimini.*

Eſa. 66. v. 21. Et aſſumam ex eis Sacerdotes, *& Leuitas, dicit Dominus.*

Daniel. 12. v. 11. Et à tempore, cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, *& poſita fuerit abominatio in deſolati-*

ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: *hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.*

Heb. 9. v. Chriſtus autem aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorũ, ſed per propriũ ſanguinẽ *introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Et v. 25. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in ſancta in ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: *nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit.* Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori,

onem, dies mille ducenti nonaginta.

Malach. 1. v. 10. *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus:* & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Malach. 3. v. 1. *Ecce ego mitto Angelum me- & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad tẽplum ſuum* Dominator, *quem vos quæritis, & Angelus Teſtamenti quẽ vos vultis. Ecce venit dicit* Dominus *exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum?* Ipſe *enim quaſi ignis conflans & quaſi herba fullonũ: & ſedebit conflans & emundans argentum,* & purgabit filios Leui, & colabit eos quapoſt

poſt hoc autem iudicium: *ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt*, ad multorum exhauriēda peccata.

Heb.10.v.10. In qua voluntate ſanctificati ſumus *per oblationē corporis Ieſu Chriſti ſemel*. Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidiè miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt offerre peccata: *hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam*, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cetero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.*

1. Pet.3.v.18. Chriſtus *ſemel pro peccatis mortuus eſt*, iuſtus pro iniuſtis.

ſi aurum & quaſi argētum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda; *& Ieruſalem ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui.*

Lucæ.22.v.19.Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

Act.13.v.1. Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenēſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ *Collactaneus & Saulus.* Miniſtrantibus (*hoc eſt, ſacrificantibus, ſeu ſacrificium offerentibus, vt habet textus Græcus*) autem illis Domino, & *ieiunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: ſegregate mihi Saulum & Barnabā in opus ad quos aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq́; eis manus, demiſerant illos.*

1.Cor.5.v.5. Etenim Paſcha noſtrum *immolatus eſt Chriſtus.*

1.Cor. 10. v. 21. Non poteſtis menſæ(hoc eſt, altaris)*Domini participes eſſe, & menſæ*(hoc eſt, altaris)dæmoniorum

Heb.5. v. 1. *Omnis namq; Pontifex* ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs,quæ ſunt ad Deum, *vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Et.v. 4. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo,tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum Filius meus es tu,ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Et. v. 11. De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis(id eſt difficilis explicatu) ad dicendum.

Heb.6. v.18. Confugimus ad tenendã propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmã,& incedentẽ vſq; ad interiora velaminis,vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, *ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.*

Heb.7. v. 12. Translato enim Sacerdotio,neceſſe eſt,vt & legis translatio fiat. Et v.17. Conteſtatur enim: Quoniam tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Et v. 23. Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur manere: hic aut eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: *ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.*

Heb.

Heb. 9. v. 24. Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorum: ſed in ipſum Cælum: *vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

Heb. 13. v. 10. Habemus Altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.

1. Io. 2. v. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed etſi quis peccauerit, *aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.*

Declaratio.

CHriſtus ſe ſemel obtulit pro peccatis, redẽptione, & ſalute totius mundi, in mortem crucis, ibique promeritus eſt plenariam remiſſionem omnium peccatorum, & redemptionem, ſanctificationem, & ſaluationem omnium hominum, quantum ad ſe, ſuumque meritum, & officium attinet.

Sic non poteſt, nec opus habet ſe offerre ſæpius, viſibiliter ſc. & corporaliter in mortẽ, cũ effuſione ſanguinis. Non poteſt, quia poſtquam reſurrexit à mortuis, immortalis deinceps eſt in æternum, & mori non poteſt, imo nec pati amplius. Rom. 6. v. 9. Non opus habet; quia in Cruce, & per mortem atque oblationem in cruce factam, ad ſe quod attinet, ſufficientiſſimè imo & ſuperabundantiſſimè promeruit omnibus, remiſſionem, redemptionem, & omnia ad ſalutem neceſſaria, êiuſque ibi comparatum meritum & æterni & infiniti eſt, manetq; valoris. De tali corporali, viſibili, & pęnali oblatione

latione in Cruce ſemel facta, tantùm loquitur S. Paulus, vna cum S. Petro, in locis ſcripturæ primò allegatis.

Viſibiliter nihilominus adhuc quotidie, imo continuè, & ſine intermiſſione vlla perſonaliter, ſeu in propria perſona ſeſe offert Patri in cælo: quia ſemper apparet vultui Dei pro nobis. Heb. 9. v. 24: & ſemper viuit ad interpellandum pro nobis. Heb. 7. v. 25. & apud Patrem aduocatum noſtrum agit. 1. Io. 2. v. 1.

Realiter quoque & perſonaliter quidem, verùm non in propria perſona viſibiliter, ſed per Sacerdotes noui Teſtamenti, tanquam miniſtros, inuiſibiliter & ſacramentaliter poſtquã in cælos aſcendit offert ſeſe, & offeret quotidie ad finem vſque mundi, & quamdiu ſtatus huius militantis Eccleſiæ durabit, ſecundum ordinem Melchiſedech ſub ſpeciebus panis & vini, facta conſecratione, realiter quidem & corporaliter adeoque perſonaliter, ſed inuiſibiliter & ſupernaturaliter (virtute verbi, & ordinationis ſuæ) præſentem: ſicuti ipſemet & perſonaliter, & in propria perſona ante mortem ſuam ſemel & primum obtulit ſeipſum in vltima cæna, & deinceps hoc ipſum ſuo nomine atque in ſui memoriam facere iuſſit Apoſtolos, & eorundem, in Sacerdotio legitimos ordinarioſq; ſucceſſores. Lucæ. 22. v. 19. idque tam diu, donec ipſe in extremo iudicij die in maieſtate ſua viſibiliter venturus eſt ad generale iudicium 1. Cor. 11. v. 26.

Chriſtum

Chriſtum autem in cæna ſeſe myſticè obtuliſſe, ſub ſpeciebus panis & vini, inuiſibiliter (poſt benedictionem) præſentem priuſquam Apoſtolis porrigeret ſumendum, patet euidentiſſimè: primo quia in locum typici Agni paſcalis, inſtituit Verum Agnum noui Teſtamenti, ſicque figuram illam opere impleuit. Atqui typicus ſeu iudaicus Agnus non ſolum edi, ſed etiam prius immolari Deo & ſacrificari debebat, in memoriam, & gratiarum actionem, redemptionis factæ tam à percutiente Angelo, quā à tyrannide & ſeruitute Pharaonis. Ergo, vt figuræ reſponderet veritas, Agnus noſter Euangelicus, & iſto typico præſignatus, non ſolùm in cibum & potum animæ ſumi ſeu ad ſumendum diſtribui, ſed etiam prius in memoriam factæ per Chriſtum in Cruce liberationis, & redemptionis, tùm ab ira Dei, tū à poteſtate & tyrannide infernalis Pharaonis, hoc eſt, diaboli, Deo Patri offerri debebat atque ſacrificari.

Et ideo etiam Chriſtus, antequam diſtribueret Apoſtolis, gratias prius, hoc eſt, ſacrificium laudis & gratiarum actionis, perſoluit: & ſanctus Paulus non ſolum teſtatur, Chriſtum, noſtrum eſſe Paſcha, ſed etiam immolatum, non tantum in Cruce, ſed etiam prius in cæna, atq; ante ſumptionem. 1. Cor. 5. v. 5.

Hoc ipſum ſecundo quoque planum euadit: quia vt Deus Pater iurauit, & S. Dauid per Spiritum S. prophetauit & S. Paulus ſæpius allegauit & vrſit. Heb. 5. v. 6. & 7. Chriſtus eſt à Patre, propter ſacrificiū in Cruce ſemel oblatum conſtitu-

conſtitutus quoque & confirmatus Sacerdos in æternum, non ſecundùm ordinem aut ritum Aaron, (qui potiſſimum offerebat ſacrificia, quæ ſine occiſione, ſeu mactatione, & ſanguinis effuſione non perficiebantur) ſed ſecundũ ordinem Melchiſedech, qui in ſuo ſacrificio nõ adhibuit nec obtulit, niſi panem & vinũ. Gen. 14. v. 18.

Si Chriſtus Sacerdos fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, qui cibum & potum, non cruentum aut mactatitium protulit, & obtulit ſacrificium, ergo etiam vt veritate figuram, & prophetiam reipſa, atque effectu compleret) Chriſtus incruentum, ac tale ſacrificium, quod ſimul & cibus eſſet ac potus, non corporis, ſed animæ potiſſimùm, & non merum panem & vinum, ſed (quo veritas figuram ſuperaret) ſub panis & vini ſpeciebus, corpus ſuum & ſanguinem, hoc eſt ſeipſum, qui à corpore, & ſanguine poſt reſurrectionem, nunquam potuit nec poterit ſeparari (licet inuiſibiliter, tamen reipſa) offerre debuit & voluit. Neque enim Sacerdos eſſe potuit ſecundum ordinem Melchiſedech, ſine ſacrificio ſecundum eundem ordinem, vt S. Paulus ſatis inſinuat & aſſerit: quia Sacerdotis proprium officium eſt offerre Deo dona & ſacrificia. Heb. 5. v. 1: & habere aliquid quod offerret. Heb. 8. v. 3.

Hoc autem officiũ & ſacrificium nõ perſoluit in cruce, quia ibi cruentũ ſacrificium, quod nullam habuit cum ordine & ſacrificio Melchiſedech analogiá obtulit: nec vſpiam vel vnquam obtuliſſe legitur (quod tamen, vt figuram & prophetiam impleret facere debuit) niſi in cæ-

in cæna ſua nouiſſima: vt & SS.Patres vnanimi conſenſu intelligunt,atque aſſeuerant; & contextus ipſe conteſtatur ſatis atque demonſtrat.

Quia vero Chriſtus non ſolum Sacerdos fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, ſed etiam eſt & manet in æternũ in Eccleſia,quamdiu ſtatus illius in terris durabit:non ſatis erat, ſemel ſub panis& vini ſpeciebus, quod tunc figurabatur obtuliſſe in cœna;ſed ſicut ſemper manet Sacerdos ſecundũ ordinẽ Mechiſedech, ita etiã ſemper & inceſſanter ſub panis & vini ſpeciebus ſeipſum, pro gratiarum actione Deo primùm, deinde in cibum & potum fidelium offerre debet.

Hoc quum in terris perſonaliter, & viſibiliter, præſtare poſt aſcenſionem in cœlos, non poſſit nec velit: ſicut officium ſuum Epoſcopale,paſtorale, & doctorale, per viſibiles miniſtros viſibiliter &ſenſibiliter exercet deinceps, ſic etiam ſacerdotium illud ſuum, ſecundum ordinem & ritum Melchiſedech,& illi proprium ſacrificium; laudis & gratiarum actionis videlicet per manus, & miniſterium Sacerdotum noui Teſtamenti exequi atque perſoluere, ac continuare etiam ad finem vſque mundi complacuit;ideoque & primis noui Teſtamenti miniſterialib. Sacerdotibus, Apoſtolis ſcilicet,&, in illorum perſona, omnibus illorum poſteris,& ordinarijs ſucceſſoribus, verbis illis;Hoc facite in meam commemorationem: ſecundum vnanimem orthodoxorum Patrum ſenſum & conſenſum, miniſterium iſtud & ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, ſuo nomine ac loco (ſecundum viſibilem exe-

credẽdo, orãdo, Sacramẽta percipiẽdo, pœnitẽtiam agẽdo, eleemoſynas & pia opera exercendo aliaq; faciendo, quæ Deus exigit, ſeſe participem facit emptionis & redemptionis à Chriſto factæ, conſequiturque gratiam iuſtificationis, ſanctificationis, & æternæ ſalutis, quæ lactis & vini, auri & argenti, ſeu theſauri abſconditi nomine, intelliguntur. Similiter & alios lucrari dicimur, quando infideles ad fidem, peccatores ad pœnitentiam, iuſtos ad iuſtitiæ incrementũ & perſeuerantiã, monendo, alijſq; pijs mediis ac modis perſuadendo inducimus & à via erroris ac periculo ſalutis, ad veritatem fidei, ſalutiſque directam viam, traducimus & in quærenda adipiſcendaq; ſalute per Chriſtum quibus poſſumus rationibus adiuuamus; ſicque non primariè (quod ſoli Chriſto competit) ſed ſecũdariò, & miniſterialiter, tam à perditione præſeruamus, quam ad ſalutis, per Chriſtum partæ, participationem promouemus. Et hoc ſenſu S. Paulus tam iudæos qui ſub lege erant, quam gentes, qui ſine lege tunc erant miniſterio verbi, monendo, rogando, & nihil non tentando, ſeu vt ille loquitur (quatenus ſalua fide & conſcientia potuit) omnia illis fiendo lucratus eſt, ſeu lucrari & lucrificare alioqui perituros, ſatagebat. Sic etiam, vt Chriſtum ipſummet lucrificaret, hoc eſt, vt Redemptorem, ita & ſaluatorem habere, & eius meritum ac gratiam abundãtius certiuſq; conſequi & participare poſſet, tam in hac quam in futura vita, omnia contẽpſit, quæ prius magni fecerat & vt detrimentum æſtimauit. Ex quibus, omnibus, facilè erit intelligere, quo ſenſu & fine ſcri-

pturæ

pturæ ſecundo loco ſint allegatæ; & quomodo Chriſti officio, honore & meritis ſaluis interpretando veniant.

CAP. XIX.

Chriſtus ſemel tãtùm ſeſe in cruce obtulit; & vnica illa cruenta oblatione omnia cõſummauit, & promeritus eſt, quæ humano generi ſunt ad ſalutem neceſſaria.

RO. 6. v. 10. Quod enim mortuus eſt peccato, *mortuus eſt ſemel.*

Heb. 7. v. 26. Talis enim decebat vt nobis eſſet Põtifex, ſanctus, innocens & impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus: qui nõ habet neceſſitatẽ quotidie, quemadmodum Sacerdotes prius pro

CAP. XIX.

Chriſtus quotidie offert ſeipſum tùm in cælis perſonaliter & viſibiliter: tùm in terris per Sacerdotes noui Teſtamenti, perſonaliter quidem etiã, ſed ſacramentaliter, & inuiſibiliter.

E*Saiæ 61. v. 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Miniſtri Dei noſtri vocabimini.*

Eſa. 66. v. 21. Et aſſumam ex eis Sacerdotes, *& Leuitas, dicit Dominus.*

Daniel. 12. v. 11. Et à tempore, cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, *& poſita fuerit abominatio in deſolati-*

ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: *hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.*

Heb. 9. v. Chriſtus autem aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorũ, ſed per propriũ ſanguinẽ *intreiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Et v. 25. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in ſancta in ſingulos annos in ſanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: *nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit.* Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori,

onem, dies mille ducenti nonaginta.

Malach. 1. v. 10. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Malach. 3. v. 1. Ecce ego mitto Angelum me- & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad tẽplum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus Teſtamenti quẽ vos vultis. Ecce venit dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans & quaſi herba fullonũ: & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi

poſt

poſt hoc autem iudicium: *ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt*, ad multorum exhauriẽda peccata.

Heb.10.v.10. In qua voluntate ſanctificati ſumus *per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidiè miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt offerre peccata: *hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam*, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cetero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.*

1. Pet.3.v.18. Chriſtus *ſemel pro peccatis mortuus eſt*, iuſtus pro iniuſtis.

ſi aurum & quaſi argẽtum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda; *& Ieruſalem ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui.*

Lucæ. 22. *v.* 19. *Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur:* hoc facite in meam commemorationem.

*Act.*13.*v.*1. *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenẽſis, & Manaben, qui erat Herodis Tetrarchæ Collactaneus & Saulus.* Miniſtrantibus (*hoc eſt, ſacrificantibus, ſeu ſacrificium offerentibus, vt habet textus Græcus*) autem illis Domino, & *ieiunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: ſegregate mihi Saulum & Barnabã in opus ad quos aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq́ue eis manus, demiſerant illos.*

1. Cor.

1.Cor.5.v.5. Etenim Paſcha noſtrum *immolatus eſt Chriſtus.*

1.Cor. 10. v. 21. Non poteſtis menſæ (hoc eſt, altaris) *Domini participes eſſe, & menſæ* (hoc eſt, altaris) dæmoniorum

Heb.5. v. 1. *Omnis namq; Pontifex* ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, *vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Et. v. 4. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Et. v. 11. De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis (id eſt difficilis explicatu) ad dicendum.

Heb.6. v.18. Confugimus ad tenendã propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmã, & incedentẽ vſq; ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, *ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.*

Heb.7. v. 12. Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat. Et v.17. Conteſtatur enim: Quoniam tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Et v. 23. Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur manere: hic aut eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: *ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.*

Heb.

Heb. 9. v. 24. Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit exemplaria verorum: ſed in ipſum Cælum: *vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

Heb. 13. v. 10. Habemus Altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt.

1. Io. 2. v. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed etſi quis peccauerit, *aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.*

Declaratio.

CHriſtus ſe ſemel obtulit pro peccatis, redēptione, & ſalute totius mundi, in mortem crucis, ibique promeritus eſt plenariam remiſſionem omnium peccatorum, & redemptionem, ſanctificationem, & ſaluationem omnium hominum, quantum ad ſe, ſuumque meritum, & officium attinet.

Sic non poteſt, nec opus habet ſe offerre ſæpius, viſibiliter ſc. & corporaliter in mortē, cū effuſione ſanguinis. Non poteſt, quia poſtquam reſurrexit à mortuis, immortalis deinceps eſt in æternum, & mori non poteſt, imo nec pati amplius. Rom. 6. v. 9. Non opus habet; quia in Cruce, & per mortem atque oblationem in cruce factam, ad ſe quod attinet, ſufficientiſſimè imo & ſuperabundantiſſimè promeruit omnibus, remiſſionem, redemptionem, & omnia ad ſalutem neceſſaria, eiuſque ibi comparatum meritum & æterni & infiniti eſt, manetq; valoris. De tali corporali, viſibili, & pęnali oblatione

latione in Cruce ſemel facta, tantùm loquitur S. Paulus, vna cum S. Petro, in locis ſcripturæ primò allegatis.

Viſibiliter nihilominus adhuc quotidie, imo continuè, & ſine intermiſſione vlla perſonaliter, ſeu in propria perſona ſeſe offert Patri in cælo: quia ſemper apparet vultui Dei pro nobis. Heb. 9. v. 24: & ſemper viuit ad interpellandum pro nobis. Heb. 7. v. 25. & apud Patrem aduocatum noſtrum agit. 1. Io. 2. v. 1.

Realiter quoque & perſonaliter quidem, verùm non in propria perſona viſibiliter, ſed per Sacerdotes noui Teſtamenti, tanquam miniſtros, inuiſibiliter & ſacramentaliter poſtquã in cælos aſcendit offert ſeſe, & offeret quotidie ad finem vſque mundi, & quamdiu ſtatus huius militantis Eccleſiæ durabit, ſecundum ordinem Melchiſedech ſub ſpeciebus panis & vini, facta conſecratione, realiter quidem & corporaliter adeoque perſonaliter, ſed inuiſibiliter & ſupernaturaliter (virtute verbi, & ordinationis ſuæ) præſentem: ſicuti ipſemet & perſonaliter, & in propria perſona ante mortem ſuam ſemel & primum obtulit ſeipſum in vltima cæna, & deinceps hoc ipſum ſuo nomine atque in ſui memoriam facere iuſſit Apoſtolos, & eorundem, in Sacerdotio legitimos ordinarioſq; ſucceſſores. Lucæ. 22. v. 19. idque tam diu, donec ipſe in extremo iudicij die in maieſtate ſua viſibiliter venturus eſt ad generale iudicium 1. Cor. 11. v. 26.

Chriſtum

Chriſtum autem in cæna ſeſe myſticè obtuliſſe, ſub ſpeciebus panis & vini, inuiſibiliter (poſt benedictionem) præſentem priuſquam Apoſtolis porrigeret ſumendum, patet euidentiſſimè: primo quia in locum typici Agni paſcalis, inſtituit Verum Agnum noui Teſtamenti, ſicque figuram illam opere impleuit. Atqui typicus ſeu iudaicus Agnus non ſolum edi, ſed etiam prius immolari Deo & ſacrificari debebat, in memoriam, & gratiarum actionem, redemptionis factæ tam à percutiente Angelo, quã à tyrannide & ſeruitute Pharaonis. Ergo, vt figuræ reſponderet veritas, Agnus noſter Euangelicus, & iſto typico præſignatus, non ſolùm in cibum & potum animæ ſumi ſeu ad ſumendum diſtribui, ſed etiam prius in memoriam factæ per Chriſtum in Cruce liberationis, & redemptionis, tùm ab ira Dei, tũ à poteſtate & tyrannide infernalis Pharaonis, hoc eſt, diaboli, Deo Patri offerri debebat atque ſacrificari.

Et ideo etiam Chriſtus, antequam diſtribueret Apoſtolis, gratias prius, hoc eſt, ſacrificium laudis & gratiarum actionis, perſoluit: & ſanctus Paulus non ſolum teſtatur, Chriſtum, noſtrum eſſe Paſcha, ſed etiam immolatum, non tantum in Cruce, ſed etiam prius in cæna, atq; ante ſumptionem. 1. Cor. 5. v. 5.

Hoc ipſum ſecundo quoque planum euadit: quia vt Deus Pater iurauit, & S. Dauid per Spiritum S. prophetauit & S. Paulus ſæpius allegauit & vrſit. Heb. 5. v. 6. & 7. Chriſtus eſt à Patre, propter ſacrificiũ in Cruce ſemel oblatum conſtitu-

in cæna ſua nouiſſima: vt & SS. Patres vnanimi conſenſu intelligunt, atque aſſeuerant; & contextus ipſe conteſtatur ſatis atque demonſtrat.

Quia vero Chriſtus non ſolum Sacerdos fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, ſed etiam eſt & manet in æternũ in Eccleſia, quamdiu ſtatus illius in terris durabit: non ſatis erat, ſemel ſub panis & vini ſpeciebus, quod tunc figurabatur obtuliſſe in cœna; ſed ſicut ſemper manet Sacerdos ſecundũ ordinẽ Mechiſedech, ita etiã ſemper & inceſſanter ſub panis & vini ſpeciebus ſeipſum, pro gratiarum actione Deo primùm, deinde in cibum & potum fidelium offerre debet.

Hoc quum in terris perſonaliter, & viſibiliter, præſtare poſt aſcenſionem in cœlos, non poſſit nec velit: ſicut officium ſuum Epoſcopale, paſtorale, & doctorale, per viſibiles miniſtros viſibiliter & ſenſibiliter exercet deinceps, ſic etiam ſacerdotium illud ſuum, ſecundum ordinem & ritum Melchiſedech, & illi proprium ſacrificium; laudis & gratiarum actionis videlicet per manus, & miniſterium Sacerdotum noui Teſtamenti exequi atque perſoluere, ac continuare etiam ad finem vſque mundi complacuit; ideoque & primis noui Teſtamenti miniſterialib. Sacerdotibus, Apoſtolis ſcilicet, &, in illorum perſona, omnibus illorum poſteris, & ordinarijs ſucceſſoribus, verbis illis; Hoc facite in meam commemorationem: ſecundum vnanimem orthodoxorum Patrum ſenſum & conſenſum, miniſterium iſtud & ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, ſuo nomine ac loco (ſecundum viſibilem exe-

cutionem ſeu adminiſtrationem,nam ipſemet alioquin,qui in cæna obtulit,etiamnum offerre,licet inuiſibiliter, non deſinit)perſoluendum & continuandum commiſit.

Atque in hunc finem (vt & ſupra probatum fuit) Deus & promiſit & dedit Sacerdotes in nouo Teſtamento,Eſaiæ.61.v.66. v. 21 Malach. 3:v.3:non quod abſolutè, & ſimpliciter eſſent pro ſua perſona, aut ſuopte nomine futuri Sacerdotes, ſicut in veteri Teſtamento & erant, & vocabantur Sacerdotes : ſed quod Chriſti ſummi & vnici Sacerdotis noui Teſtamenti,ſecundum ordinem Melchiſedech,miniſtri ac vicarij futuri, eiuſque officium & vices, quo ad externam & viſibilem adminiſtrationem eſſent ſubituri atque exequuturi:ob quam, licet externam functionem,non minus tamen veraciter Sacerdotes,quã etiã Epiſcopi, Paſtores,& Doctores, ſine Chriſti, alioquin vnici & principalis Sacerdotis, Epiſcopi & Doctoris, vllo præiudicio,conſeri,haberi,appellariq; poſſunt & debẽt,ſecundũ exemplũ & pręſcriptũ S.ſcripturę.Si autẽ veri nominis ſunt aliqui peculiares licet externi vicarij & Sacerdotes noui Teſtamenti, ſub ſummo & vnico alioquin, proprioque Sacerdote Chriſto: ergo etiam externum & peculiare ſacrificiũ habeant,& offerant,neceſſe eſt,ſi S. Paulo credimus Heb.5.& 8. Sacerdotium enim ſine ſacrificio eſſe, & ſubſiſtere, imo ne rectè quidem cogitari vel intelligi poteſt:Nullum autem externum, & peculiare ſacrificium in nouo Teſtamento extat, vel nominari poteſt, quam ſacrificium illud Euangelicũ,ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech,ſub ſpeciebus panis & vini:alia enim ſacrificia laudis, o-

rationis,gratiarũ actionis,& ſimiliũ,vt cõmunia ſunt omnibus verè fidelib.ita nõ ſunt peculiaria,nec propria noui Teſtamenti, ſed etiã in veteri Teſtamẽto palã & paſſim vſurpata. Ergo Sacerdotes noui Teſtamenti peculiare illud,& proprium noui Teſtamenti ſacrificiũ,Chriſtum videlicet ipsũ inuiſibiliter præſentẽ, ſub panis & vini ſpecieb.nomine, atq; in perſona ipſius Chriſti,& offerãt rectè atq; legitimè,atq; iuſſu Chriſti,& officij ſui vigore offerre obligantur; ſicq; Chriſtus ſeipsũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech,ſacrificiũ memoratiuũ,laudis,& gratiarũ actionis pro facta redẽptione,& parta victoria cõtra diabolũ,offerre quotidiè nõ deſinit, nec deſinet ad finẽ vſq; mũdi. Atq; hoc eſt iuge illud & quotidianũ ſacrificiũ externũ noui Teſtamẽti,quod Antichriſtus circa finẽ mũdi,quo ad publicũ & cõſuetũ exercitiũ auferre ſataget. Daniel.12. v. 11. hæc eſt illa oblatio externa,nouo Teſtam peculiaris,per ſe & in ſe sẽper mũda& immaculata,quã nõ in Iudæa, non in aliquibus prouinciis duntaxat, ſed in omni loco, hoc eſt per vniuersũ mundũ quaquauersũ, vbi fideles, etiã ex Gentibus inuẽti fuerint, nõ per quoslibet,ſed deputatos & ordinarios, peculiaréſque Sacerdotes,& per illòs etiã à ſingulis Chriſtianis cõſenſu& voto offerri tũc,hoc eſt certiſſimè in nouo Teſtam.offerendã,per Prophetã Malachiã olim prędixit,& promiſit Deus exercituũ. Malach.1.v.1Pro hoc vnico & peculiari ſacrificio myſtico & incruẽto,deputatũ eſt quoq; Altare noui Teſtamẽti,de quo S.Paulus cõmemorat.Heb.13.cuius Iudæi,quamdiu tales,participes eſſe non poſſunt.

FAlſiſſimum igitur eſt, quod Catholici Sacerdotes Chriſti Sacerdotium ſacrilegè inuadant, aut Chriſtum ſuo Sacerdotio, officioue ſpolient, vti ad vnum tamen omnes noſtri ſeculi, licet inter ſe diſcordes & diſſectiſſimi criminantur & calumniantur hæretici: quia vt conſtat ex allegatis S. ſcripturæ apertiſſimis teſtimonijs, à Deo ſunt promiſſi, & deſtinati Sacerdotes noui Teſtamenti Eſa. 61. v. 6. & 66. v. 26, Malach 3. v. 3. Neq; tamen CHRISTI ſummi & vnici atq; immortalis Sacerdotis officium vel Sacerdotium ſacrilege inuadunt aut Chriſtum ſuo ſacerdotio officioq; ſpoliant: ſed à Deo, atq; ab ipſomet Chriſto vocati & ordinati ſunt, vt ſint Chriſti, ſummi & vnici ſacerdotes miniſtri: & poſteaquam Chriſtus non amplius perſonaliter & viſibiliter in mundo conuerſatur, aut ipſemet Sacerdotium & officium ſuum ſecundum ordinem Melchiſedech viſibiliter exercet in terris, vt fecit ante aſcenſionem in cælos vt ipſi Chriſti, quo ad externam adminiſtrationem & exequutionem ſacerdotij atq; officij vires ſuppleant, & Chriſti miniſteriales ſeu vicarij Sacerdotes exiſtant, ſic tamen quod non ſine Chriſto, aut illo plane abſente hoc faciant, ſed quod Chriſtus ſimul internè ſeu inuiſibiliter ſeſe offerat, ſicut Sacerdotes, ſecundum ipſius commiſſionem & exemplar, externe ſub ſpeciebus panis & vini idipſum exequuntur: ipſemet, inquam, ſeſe offert Deo Patri viſibiliter per ſacerdotes, inuiſibiliter per ſeipſum, perſonaliter, & veraciter ſub ſpeciebus panis & vini præſentem. Si Sacerdotes miniſtri ſunt Chriſti

viri

veri vnici & ſummi Sacerdotis , & ipſe Chriſtus per Sacerdotes ſeſeipſum offert Deo Patri, quo ad externum, actum atq; per ipſos externum & viſibile ſuum Sacerdotium ſacrificiumq́; exequitur: quomodo poſſunt Sacerdotes Chriſti officium inuadere, ipſumq; ſuo ſacerdotio officioque hac ratione ſpoliare, quando ex commiſſione & mandato Chriſti ipſi miniſtrãt? Nunquid Epiſcopi? Paſtores, aut Doctores noui Teſtamenti Chriſtũ vnicũ alioquin Epiſcopum, Paſtorem, Doctorem & Magiſtrum Eccleſiæ ſuæ, ſuo officio ſpoliant, aut eius officium inuadunt ſacrilegè, quando Epiſcoporum, Paſtorum aut Doctorum functiones, nomine, & ex mandato Chriſti, quo ad externam exequutionem exercent.

Falſiſſimum quoq; non minus, imo multo magis eſt quod Catholici Sacerdotes Chriſtum in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio denuo occidant, mactent & crucifigant, & ſacrificium Crucis auertant illius efficaciã & ſufficiẽtiã negẽt, & quod illi ſoli cõpetit, ſuo Miſſæ ſacrificio ſuiſq; meritis impiè non minus quam blaſpheme tranſcribant? Non enim Sacerdotes Chriſtum denuo offerunt viſibiliter quo ad ſuam perſonam ſicut in cruce ſemel oblatus eſt, ſed inuiſibiliter & ſacramentaliter, ſub externis ſpeciebus panis & vini, non vi, aut ſanctitate Sacerdotum (vt ſimiliter illis falſo impingunt & affingunt calumniatores nouitij) ipſiusmet Chriſti & voluntate & virtute preſentem: neq; offerunt Chriſtum in mortem vt denuo ſanguinem fundet

ſuum, ſicut in cruce factum eſt, aut denuo mactetur vel crucifigatur; quod etiam impoſſibile eſt, & fieri nunquam realiter poteſt amplius: ſed offerunt Chriſtum viuum & immortalem diuina & ſupernaturali potentia inuiſibiliter præſentem (qui nihilominus ſemper quoq; eſt & manet viſibiliter ad dextram Patris, & cælum deſerit nunquam) in memoriam tantum mortis & ſacrificij ſemel in Cruce peracti, & gratiarum ſimul actionem pro redemptione ibidem completa, & pro omnibus meritis & beneficijs, quæ per mortem & ſacrificium Crucis Chriſtus toti mundo ſuperabundanter & & ſufficientiſſimè comparauit, cum humili & feruenti multiplicíq; oratione & ſupplicatione vt eorundem quotidie magis magiſq; in vtroq; homine, & tam in hac quam futura vita participes efficiamur, atq; per illa & ſanctificari hoc tempore, & ſaluari in futuro valeamus. Hoccine eſt Chriſtum denuo mactare, vel crucifigere? hoccine crucis efficaciam & virtutem vel tollere vel eleuare? hoccine per propria merita noui aliquid velle efficere, quando omnia quæ facimus & fiunt, eo collimentur vt tam nos, quam alij, pro quibus per Chriſti mortem oramus & ſupplicamus, per Chriſti vnius & ſola merita iuſtificari, & ſaluari poſſimus?

E contrario autem veriſſimum, certiſſimum teſtatiſſimum eſt, Nouatores & hæreticos noſtri ſeculi, inter ſe licet diſſectiſſimos, contra hoc tamen Euangelicum ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech (vt Antichriſto certatim, & ſtrenuè

viam

viam ſternant , qui iuge hoc, & peculiare, ac quotidianum noui Teſtamenti ſacrificium de medio auferet, vbi, (& quantũ poteſt) conſpirãtes ad vnũ oẽs, ipſoſmet Chriſti Sacerdotiũ nõ modo inuadere vel eleuare, ſed euertere etiã, & è medio tollere, atq; extirpare ſeu exterminare penitus. Negant enim & conſtanter inſiciantur Chriſtum vnquã ſeſe præterquam in Cruce, Deo Patri obtuliſſe: negant Chriſtum vnquã vel vſpiam ſeſe ſecundũ ordinem Melchiſedech ſub ſpeciebus, imo etiam elementis panis & vini incruentè obtuliſſe, ſicq; ſimul negant Chriſtum fuiſſe vnquam Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech: ſi enim nunquam ſacrificium habuit, vel obtulit ſecundum ordinem Malchiſedech, nunquam etiam fuit Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech; quia Sacerdos ſine ſacrificio eſſe, vel haberi non poteſt Heb. 5. & 8. Et ſi maximè faterentur quod tamen facere nolunt, Chriſtum in cæna (ſi enim ibi ſecundum ordinem Melchiſedech ſeſe non obtulit, nusquam ſecundum ſcripturam, obtuliſſe probari poterit) ſeſe ſecundum ritum Melchiſedech obtuliſſe: negant tamen hoc Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus facere deinceps ad finem vſq; mundi, commiſiſſe: ſicq; ſimul negant, ſi vnquam fuiſſet, Chriſtum in æternũ eſſe Sacerdotẽ ſecundũ ordinem Melchiſedech: hoc enim verũ non eſſet. ſi in æternum, hoc eſt durante ſtatu Eccleſiæ militantis, ſacrificium quoq; non haberet & offerret ſecundum eundem ritum atque ordinem.

Qui autem negant Chriſtum aut fuiſſe aut etiamnum eſſe Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech: nouum ſimul Chriſti Sacerdotium negant, euertunt, & è medio tollunt? nonne pariter Deum mendacem, imo periurum faciunt, qui quod Chriſto iurauit, non præſtitit? nonne itidem tam regium Pſalmiſtam Dauidem & ipſum quoq; S. Paulum mendacij reos faciunt, qui tam diſertè Chriſtum teſtantur à Deo non ſolum deſignatum, ſed etiam factum, & confirmatum Sacerdotem idq; in æternum ſecundum ordinem Mechiſedech?

Neq; adhuc contenti ſunt Nouatores iſti, &
ſacrilegi tam Altarium, quam Eccleſiarum catho-
... & deſtructores, Chriſtum Sacer-
... ſecundum ordinem Mechiſe-
... aſſe: ſed etiam ipſum-
... ſacrificium Crucis
... mus, ſi non actu,
... tum ſufficientiſ-
... on relinquunt,
... modis digni-
... laborant &
... ur, Chri-
... utem
... iti-
... m
... le

euertere, ſi hoc non eſt? Nonne ſimul & Chriſtum negant ſaluatorem, qui ſecundum illos nos non potuit, aut poteſt à peccatis realiter & veraciter ſaluare, ſecundum quod Angelus Gabriel prædixit Lucæ. 1.v. 21: ſed ea tegit tantum: nec potuit aut poteſt nos verè & realiter iuſtos facere, qui iuſtitiam faciamus Deo placentem: ſed tãtum imputatiuè iuſtos reddit? qui non potuit per mortẽ & ſanguinẽ ſuũ culpã verè delere, quam primus homo verè intulit: nec verè iuſtos facere, quos ille verè fecit iniuſtos? Quid eſt Chriſtum non Sacerdotem duntaxat ſed & Redemptorem & Saluatorem (qualem ſcriptura credendum proponit) ſi non expreſſis verbis, ſaltem reipſa negare, ſi hoc non eſt?

CAP. XX.

Chriſtus per mortem ſuam, & ſanguinis effuſionẽ meruit humano generi nõ imputitiam, ſed veram, realem, & totalẽ, ſeu plenã remiſſionem peccatorum.

MAth. 26. v. 28. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamẽti, qui pro mul-

CAP. XX.

Homines etiam ſibi, & aliis, remiſſionem peccatorũ à Chriſto promeritam, aliquo modo promereri poſſunt, & debent.

E*Xod.* 32. *v.* 11. *Deut.* 9. *v.* 13. Moyſes exorauit pro peccatis populi. *poſt adoratum vitulum.*

Num 14. *v.* 19. *Iterũ*

tis effundetur, *in remiſſionem peccatorum.*

Act.13.v.38. Notum igitur ſit vobis fratres, quia per *hunc vobis remiſſio peccatorũ annunciatur.*

Eph.1.v.7. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum,* ſecundũ diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis.

Col.1.v.14. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & trãſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ, *in quo habemus redemptionẽ in ſanguine eius, remiſſionem peccatorum.*

Heb.9.v.14. *Quãto magis sãguis Chriſti,* qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, *emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis?*

exorauit Moyſes pro peccatis populi, *cum murmuraſſet cõtra Deũ & Moyſen atq; Aaron.*

Iob iuſſu Dei pœnitẽtiam egit, & exorauit pro peccatis amicorũ ſuorũ. *Iob.*42.*v* 10.

Ier. 18. *v.* 20. *Ieremias* exorauit pro peccatis populi.

*Sap.*11.*v.*24. *Miſereris omnium, quia omnia potes,* & diſſimulas peccata hominũ propter pænitentiam.

*Syr.*21.*v.*1. *Fili peccaſti non adijcias iterũ;* ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.

*Sy.*28.*v.*2. *Relinque proximo tuo nocente te:* & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. *Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi, non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cum caro ſit reſeruat iram, & propitiationem non petit à* Deo? quis exorabit pro delictis illius.

Matth.

Matth. 3. v. 2. *Pœnitentiam agite* : appropinquauit enim regnum cælorum. Et v. 4. *Parate viam Domini*, rectas facite ſemitas eius.

Math. 5. v. 7. Beati miſericordes, *quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Et v. 44. *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos*, (vtique pro conuerſione, & remiſſione peccatorum eorundem) vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt.

Math. 6. v. 14. *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra.*

Math. 18. v. 32. Tunc vocauit illum Dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, *omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me.*

Marci 1. v. 3. Vox clamantis in deſerto: *Parate viam Domini*, rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & *prædicans baptiſmum pænitentiæ in remiſſionem peccatorum.*

Et v. 14. Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: *Pænitemini, & credite Euangelio.*

Marci 11. v. 25. Cum ſtabis ad orandum, *dimittite* ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: *vt & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra.*

Lucæ 5. v. 20. *Quorum fidem vt vidit*, dixit: *Homo remittuntur tibi peccata tua.*

Lucæ 6. v. 37. *Dimittite, & dimittemini.*

Lucæ 7. v. 47. Propter quod dico tibi: Remittun-

mittuntur ei peccata multa, *quoniam dilexit multum.* Et v.50. Dixit autem ad mulierem: *Fides tua te ſaluam fecit:* vade in pace.

Lucæ 24.v.46. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die: *& prædicare in nomine eius pænitentiam, & remiſſionem peccatorum in oẽs gentes.*

Act.2.v.7. His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos: *Quid faciemus viri fratres?* Petrus vero ad illos: *Pænitentiam,* inquit, *agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum,* & accipietis donum Spiritus ſancti.

Act.3.v.19. Pœnitemini igitur & conuertimini, *vt deleantur peccata veſtra.*

Act.8.v.22. *Pœnitentiam itaq; age* ab hac nequitia tua: *& roga Deum,* ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

Act.10.v.43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent *remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, qui credunt in eum.*

Act.22.v.16. Et nunc quid moraris? Exurge *& baptizare & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius.*

Act.26.v.18. Ego mitto te aperire oculos eorum, *vt conuertantur à tenebris ad lucem,* & de poteſtate Satanę ad Deum, *vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos, per fidem quæ eſt in me.* Vnde Rex Agrippa non fui incredulus cæleſti viſioni: ſed his qui ſunt Damaſci primum, & Ieroſolymis, & in omnem regionẽ Iudææ, & Gentibus annunciabam, *vt pœnitentiã agerent & conuerterentur ad Deum digna pænitentiæ opera facientes.*

Decla-

Declaratio.

CHriſtus ſolus proprijs meritis, per ſacrificium mortis, & ſanguinis ſui precium, meruit toti mundo, atque vniuerſo generi humano, quantum in ſe eſt, non tectionem aliquam externam, vel non imputationem duntaxat, ſed veram, realem & totalem ac pleniſſimam remiſſionem omnium & quorumcunque peccatorum.

Illud autem precium & meritum, quantumuis maximum, quantumuis infinitum, quantumuis ſupra modum gratiſſimum, non acceptat tamen Deus, nec efficax eſſe aut prodeſſe permittit, niſi illis, & pro illis, qui per fidē verā & viuā (modo rationis vſum habuerint) & ſuſceptionem debitam Sacramentorū maximè Baptiſmi & pœnitentiæ deuotaſque & humiles preces ſeſe paratos & participes reddunt: vti ex allegatis ſecundo loco ſcripturis apertè ſatis colligitur. Illi autem, qui talibus medijs & modis ſeſe Chriſti meritorum, ad remiſſionem peccatorum efficiunt participes, nec primo, nec propriè merentur remiſſionem peccatorum ſuorum, nedum aliorum, & multo minus omnium: quod ſoli, ſoli inquam Chriſto competit, & tribui poteſt ac debet: ſed merentur tamen aliquo modo, non propriè, ſed præparatoriè, diſpoſitiuè, & impetratiuè, ſeu, vt vocant de congruo, vt à Deo per Chriſti precium & meritum, quam deſiderant & petunt conſequantur remiſſionem peccatorum ſuorum, quando illa faciunt & præſtant, quæ Deus ad talem participationem prærequirit; quæ tamen nec præſtare, vt oportet, legitimè, nec cogitare

gitare etiam poſſunt, ſine gratia Dei, tùm præ-uiente ſeu excitante, tùm operante & cooperãte etiam: quam gratiam Deus non largitur niſi, propter Chriſtum, & per Chriſti in cruce perſolutum precium, & comparatum ibidem meritum exuberantiſſimum, & infiniti valoris.

Simili modo & ſenſu, etiam alijs mereri poſſumus & debemus (ſi tamen ipſimet ſimus in ſtatu gratiæ) non primò aut propriè, ſed per Chriſtum, & interceſſoriè atque impetratiuè, quando alijs gratiam conuerſionis & pœnitentiæ orando apud Deum impetramus ſicuti S. Stephanus Saulo, vt Paulus, hoc eſt, ex lupo, agnus & ex Iudęo peruerſo, Chriſtianus, conuerſus, ex ſæuiſſimo perſecutore promotor & propugnator Eccleſiæ maximus & primarius fieret, orando impetraſſe dicitur. Act. 7. v. 59: vel alios ad conuerſionem primam, aut pœnitentiam, vitæque ſeriam & ſalutarem emendationem inſtruendo, monendo, hortando, orandoque, vel alia ratione licita inducimus, vt culpæ reatũ in Chriſti ſanguine expiare poſſit.

Magis tamen propriè, & propriùs mereri dicimur, vel nobis, vel aliis, remiſſionem peccatorum, quando non ipſius culpæ, ſed temporalis pœnæ (poſt remiſſam culpam per debitã pœnitentiam, plerunque remanentis) remiſſionem, vel oratione, vel ieiunio, vel alia ſpontanea caſtigatione, nec non eleemoſyna & piis tam ſpiritualis quam corporalis miſericordię operibus, aliiſque pietatis & religioſis, ab Eccleſia approbatis exercitiis, apud Deum per Chriſtum, non noſtris, vt noſtris, ſed per Dei gratiam à Chriſto nobis promeritam, exantlatis

tis piis ac ſatisfactoriis operibus, nobis vel aliis conciliamus, & vel plenariam, vel expeditiorem iſtiuſmodi adhuc alioquin luendæ temporalis pænæ indulgentiam impetramus. Atq; de hac peccati, hoc eſt temporalis pœnæ (poſt remiſſum peccatum, quæ ad culpam, & æternæ pœnæ reatum) adhuc reſtantis propter peccatum, remiſſione & expiatione, potiſſimum intelligendum venit, quod eleemoſynis peccata redimantur, vel etiam extinguãtur, ſecundum ſcripturæ phraſim & teſtimonium. Et ſicut homo peccator, necdum Deo reconciliatus, propriè nihil mereri poteſt (quid enim merebitur apud Deum adhuc iratum, & gratia iuſtificationis deſtitutus?) ſic iam reconciliatus, & gratia iuſtificationis ſimul donatus, per illam gratiam à Chriſto promeritam, opera verè meritoria, tam quo ad remiſſionem & indulgentiã pœnę temporalis, quam mercedem etiã æternã conſequendam operari & exerceri poterit.

Obſeruatio.

SI Chriſtus tollit peccata mundi Ioan. 1. *v.* 29. *ſi remiſſionem, atq; adeo emundationem peccatorũ per ſanguinem ſuum toti mundo promeruit, & per certa media certisq; modis ac iuſtiſſimis conditionibus verè & realiter diſpenſat atq; communicat vt ex ſcripturis ſecundo loco allegatis: falſa igitur & blaſphema eſt, hæreticorum huius ſæculi doctrina, quod peccata noſtra verè realiter maneant, & non niſi tegendo, & non imputando per Chriſtum remittantur duntaxat quaſi Chriſti ſanguis & meritum*

tam

tam efficax non fuerit, nec eſſe poſsit, vt veram emundationem & remiſsionem peccatorum impetrare, imò iuſtiſsimè mereri potuerit & poſsit: cùm tamen Scripturæ tam ſæpè, tamq́; apertè teſtentur & inculcent, Chriſtum longe plus ſua obedientia promeruiſſe, & lucratum eſſe, quam primus Adam demeruit, aut deperdere potuit: & per Chriſtum nos lauari, emundari, & planè, pleniſsimèq́; liberari ab omnibus peccatis, vt partim antea probatum eſt, partim etiam probabitur in ſequentibus deinceps.

Si etiam peccator non meretur aut primò, aut de nouo, aut propriè etiam, peccatorum ſuorum remiſsionem, ſed tantum per Chriſtum in cruce, ſanguinis ſui effuſione atque oblatione, pro omnibus ſemel ſufficientiſsimè & ſuperabundantiſsimè promeritam remiſsionem, credendo, orando, pœnitentiam agendo, vel Sacramenta alia, maximè (ſi nunquam renatus fuit) Baptiſmum percipiendo, impetrat atque participat; ſicq́; ſecundariò, impropriè, & præparatiuè, ſeu diſpoſitiuè tantùm, & tanquam cauſſa ſine qua non, mereri aliquo modò ſibi dicitur participationem ſeu communicationem, aut applicationem ipſam meritorum Chriſti: ſi etiam pro pœna temporali, poſt remiſſam culpam, ſatisfacere dicitur (iam Deo reconciliatus) ieiunio, oratione, eleemoſyna aut miſericordiæ, aliisq́; afflictiuis operibus, (quæ nec præſtat, nec præſtare poteſt, ſine gratia Dei à Chriſto promerita) vt illa pœna planè, vel citiùs remittatur: nihil no-

ſtris

ſtris viribus, ſine gratia Dei; nihil etiam noſtris meritis, (in meritis Chriſti, ex quibus & originem, & virtutem habent, fundatis) ſine meritis Chriſti tribuitur: nihil quoq; Chriſti officio vel meritis derogatur ; ſed omnia ad gratiæ Dei, & meritorum Chriſti in nobis efficaciam teſtificandam, & glorificandam, principaliter & finaliter referuntur.

CAP. XXI.

Chriſtus, vt in Cruce meritoriè, & per ſufficientiã omnes ad vnum homines lauit, mundauit, & purificauit ſanguine ſuo ab omnibus peccatis: ita in Eccleſia per ordinata media, & potiſsimũ per Sacramenta noui Teſtamenti, rite diſpoſitos, effectu & reipſa lauat, mundat, & purificat ab omnibus peccatis; ſicque

CAP. XXI.

Etiã ipſimet homines lauare; mundare, & purificare poſſunt, & debent ſeipſos, & corda ſua à peccatis.

SYr. 38. v. 9. Fili in tua infirmitate; ne deſpicias teipſum. ſed ora Dominum & ipſe curabit te. Auerte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.

Iſa. 1. *v.* 16. Lauamini, mundi eſtote; *auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.*

Ier. 4. *v.* 14. Laua

 reuera

reuera tollit, non autèm tegit tantùm peccata.

EZech. 36. v. 25. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & *mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*

Zach. 13 v. 1. In die illa (prophetia eſt de ſtatu noui Teſtamenti, ſicuti & præcedēs) erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, *in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.*

Io. 13. v. 10. Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, *ſed eſt mundus totus.*

Et v. 8. *Si non lauero te*, non habebis partem mecum.

Ezech. 5. v. 25. Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea, *vt illam ſancti-*

à malitia cor tuū Ieruſalem vt ſalua fias.

Act. 3. *v.* 19. *Pœnitemini igitur & conuertimini*, vt deleantur peccata veſtra.

Act. 15. *v.* 9. *Fide* purificans corda eorum.

Act. 22. *v.* 16. *Exurge & baptizare*, & ablue peccata tua.

Rom. 6. *v.* 6. *Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt*, vt deſtruatur corpus peccati, *vt vltra non ſeruiamus peccato. Et v.* 19. *Exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ*, in ſanctificatione. *Et v.* 22. *Nunc vero* liberati à peccato, *ſerui autem facti Deo*, habetis fructum *veſtrum* in ſanctificationem.

2 *Cor.* 7. *v.* 1. *Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi*, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

ficaret,

ficaret, mundans lauacro aquæ, in verbo vitæ; vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, *non habentem maculam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.*

Tit. 2. v. 13. Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos *redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem.*

Heb. 9. v. 14. Quanto magis ſãguis Chriſti, qui per Spiritũ S. ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, *emundabit conſcientiam noſtrã ab operibus mortuis*, ad ſeruiendũ Deo viuenti? Et v. 28. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendа peccata.

2. *Tim.* 2. *v.* 21. *Si* quis ergo ſe emundauerit ab iſtis, *erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonũ paratum.*

Iacob 4. *v.* 7. *Subditi ergo eſtote* Deo, *reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis. Appropinquate* Deo, *& appropinquabit vobis.* Emundate manus peccatores: & purificate corda, *duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.*

Apo. 7. *v.* 14: *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna*, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni: *& ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius.*

1. Pet. 2. v. 24. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus: *cuius liuore ſanati eſtis.*

1. Io 1. v. 7. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe in luce eſt, ſocietatem habemus ad inuicem, *& ſanguis Ieſu Chriſti Filij eius emundat nos ab omni peccato.* Et. v. 9. *Si* confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, *& emundet nos ab omni iniquitate.*

Ap. 22. *v.* 14. *Beati* qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: *vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.*

1. Io. 3. v. 7. Filioli, Nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiã iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, *vt diſſoluat opera diaboli.* Et v. 5. Et ſcitis quia ille apparuit, *vt peccata noſtra tolleret*: & peccatum in eo non eſt.

Ap. 1. v. 4. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt: & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt: & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ, *qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*

Declaratio.

ET veteris & noui Teſtamenti ſcripturæ conſtanter aſſeuerant, & atteſtantur Chriſtum eumque ſolum, & meruiſſe veram remiſſionem, lotionem, purgationem, & emundationem peccatorum omnium tempore Euangelij: & per ordinaria Sacramenta, & media, rite diſpoſitis & ſuſcipientibus eandem communicare.

Homi-

Homines autem, ſeſe debitè præparando, & gratiam illam, à Chriſto ſolo promeritam, legitimè participando ſeſeipſos quoque lauare, mundare & purificare dicuntur: non quod hoc, ſine Chriſto, aut ſuis viribus meritiſue faciant ſed quod faciendo quæ Chriſtus requirit, meritorum Chriſti participes fiunt, & per illa verè lauãtur, mundantur & purificantur à peccatis ſuis in ſanguine Chriſti, hoc eſt, in virtute & meritis ſanguinis Chriſti, ſemel in cruce effuſi, poſt reſurrectionem vero Chriſti ita coniuncti, vt ſeperari deinceps non poſſit in æternum.

Obſeruatio.

Grauiſſimè igitur peccant, & ſummè blaſphemi ſunt in Chriſtum Nouatores *hæretici, qui hiſce non obſtantibus, aſſerere, ſcribere, & prædicare, & tanquã diuinã veritatem iactitare non erubeſcũt aut verẽtur, Chriſtũ humano generi nõ meruiſſe veram, realem & totalem remiſſionem, ablutionem, emundationem, & purificationem, ſed tantum tectionẽ & non imputationem peccatorũ: nec aliter aut remittere, aut mundare, purgareq́; peccata, quam quod tegantur & non amplius (licet reuera maneant) imputentur.* Hoccine *eſt lauare, mundare, purgare exhaurire & tollere peccata.* Nonne *hoc eſt ſcripturam ſacram vtriusque* Teſtamenti *mendacij arguere, aut pro libidine hæretica falſare, adulterare, inuertere?* Hoccine *eſt, &* Dei *veritatem, ſimul ac poteſtatem (qui dicit ſeſe delere, & vt nubem delere peccata* Eſaiæ. 43.*v.*25. & 44.*v.*22, *vtiq; propter Chriſti tunc*

præuiſa & poſteà comparata atq; completa meri-ta) & Chriſti officium meritumq; negare & qua-ſi ex induſtria euertere, ſeu obliterare penitus? Quomodo poteſt manere peccatum, quod non ſo-lum lauatur, ſed etiam mundatur, purgatur, dele-tur? Si peccatum eſt infirmitas animæ, atq; eo ma-ior & grauior quo peccatum vel ſpecie vel numero eſt grauius: & Chriſti liuore ſanati ſumus, vt S. Pe-trus teſtatur. 1. Pet. 2. v. 24: quomodo manet aut manere poterit morbus, quando anima plenè & verè ſanata eſt? poteſtne dici, vel cogitari etiam, quod anima eſt verè ſanata, quando non infirmitas ſublata eſt, ſed tecta duntaxat? quomodo ſanatus dici, vel haberi poteſt, cui ſanitas tantũ imputetur manente ipſa infirmitate? Si tantum non valuit aut valet, vel Dei poteſtas, vel Chriſti ſanguis in cruce pro redemptione, & remiſſione omnium peccatorum effuſus, vt poſſit delere peccata, atq; ita lauare corda, & conſcientias noſtras, vt am-plius non ſint peccatis eiuſq; ſordibus coinquinatæ; ecquur S. Dauid rogauit tam ſuppliciter Deum (vtiq; per fidem, & meritum Mediatoris & Re-demptoris promiſſi) vt & iniquitates ſuas deleret, & cor mundum in ſe crearet, atq; amplius lauan-do, ab omni peccato ſe mundaret, & hyſſopo aſper-gens, nõ ſolũ purificari, ſed etiam ſuper niuem ſeſe dealbari faceret? Pſal. 50. Quando vt beati eſſe vel fieri poſſimus, ſtolas noſtras in ſanguine agni la-uare & dealbare licebit. Apo. 7. v. 22: ſi conſcien-tiæ noſtræ peccatis & ſordibus manentibus, peccata

ſolum-

ſolummodo teguntur & non imputantur? Et *quomodo Deus verax & iuſtus iudex, qui intuetur corda & renes putare vel habere, aut iudicare aliquem poteſt mundum, qui immundus; iuſtum qui iniuſtus; purificatum vel dealbatum, qui peccatis denigratus, inquinatus, & ſordidiſſimus manet, atque eſſe perſeuerat? Hoccine eſt tollere peccata? hoccine diſſoluere opera diaboli?* 1. Io. 3. *Hoccine viuificare in peccatis mortuos? hoccine illuminare peccatis obtenebratos? hoccine diaboli regnum & poteſtatem deſtruere? nonne ſic peccatum gratiæ; & diaboli poteſtas, Dei poteſtati, & Chriſti meritis præualebit?*

CAP. XXII.

Chriſtus remittit & ſoluit peccata noſtra.

LVcæ 5. v. 24. Vt autem ſciatis, *quia filius hominis habet poteſtatem in terris dimittendi peccata*, dixit Paralytico.

Ioan. 5. v. 22 Neque enim Pater iudicat quemquam: *ſed omne iudicium dedit Filio*, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.

CAP. XXII.

Etiam homines remittunt, & ſoluunt peccata.

MAth. 16. v. 19. *Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit & ligatum & in cælis*: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Mat. 18. v. 18. Amē dico vobis: Quæcunque alligaueritis ſuper terram,

 erunt

erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

Io.20.v.21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixiſſet, inſufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum: *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*: & quorum retinueritis retenta ſunt.

2. Cor.2.v.10. Cui autem aliquid donaſtis & ego: *nam & ego quod donaui. ſi quod donaui*, propter vos, *in perſona Chriſti.*

Declaratio.

CHriſtus vt Deus, remittit & ſoluit peccata, propria poteſtate & auctoritate: vt homo, ex poteſtate & auctoritate diuinitus data atque commiſſa excellenter ſuper omnes homines, vt Dominus. Apoſtoli tamen, & eorundem, in Epiſcopatu & Sacerdotio, legitimi atque ordinarij ſucceſſores, ſoluunt quidem & remittunt quoque peccata, ſed non niſi vt miniſtri, & ex commiſſione, atque in perſona Chriſti, cuius diſpenſatores ſunt conſtituti. 1. Cor.4.v.4. & Tit.1.v.7. Inter quos miniſtros, & diſpenſatores, atque vicarios Chriſti, vt Petrus ſupra omnes Apoſtolos. Matth.16.v.19. ita & S. Petri, in ſummo Paſtoratu, ordinarius ſucceſſor, ſummus Pontifex ſeu Epiſcopus Romanus, ſingulariter ſoluendi & ligandi ſummam, (quæ per claues regni cælorum, Petro nominatim, & ſigillatim promiſſas, Matth.16. v.19. ac datas. Io. 21. v.15. deſignata fuit) poteſtatem à Chriſto accepit. Dimittunt & priuati homines aliis peccata, & dimittere iubentur,

tur. Lucæ 6. v. 37. ſed illa peccata tantum remittunt, quatenus in ſemetipſos, non quatenus in Deum commiſſa ſunt.

CAP. XXIII. Chriſtus ſaluum facit populũ ſuũ à peccatis eorum.

MAth. I. v. 21. Pariet autem Filium: & vocabis nomen eius Ieſum: *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

CAP. XXIII. Homo etiam ipſemet ſeſe à peccatis ſaluum facit.

L*Vcæ 7. v 50. Dixit autem ad mulierẽ.* Fides te ſaluam fecit, vade in pace.

Declaratio.

CHriſtus verus eſt, non putatiuus, vel imputatitius, aut ſolo nomine Saluator; & ideo vocatur etiam Ieſus: ſaluat autem ante omnia populum ſuum à peccatis eorum, vt teſtatur Angelus Domini. Si autem verè & non putatiuè ſaluat à peccatis; quomodo poſſunt manere peccata? aut qua ratione ſaluantur à peccatis, qui peccatis adhuc manent obnoxij atque ligati? Homines autem ſeipſos ſaluant à peccatis; ſicut de Maria Magdalena, ipſemet Chriſtus teſtatur, quod fides illam ſaluam fecerit: quando per fidem charitate formatam, & pœnitentiam ſeſe per Chriſti tum meritum, tum gratiam, participes reddunt remiſſionis, & emundationis peccatorum ſuorum, ſicque

diſpoſitiuè, præparatoriè & impetratiuè, per Chriſtum, ſuo modo quoque ſaluos facere dicuntur.

CAP. XXIV.

CHRISTVS viuificat peccatores.

IO. 5. v. 21. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & viuificat: *ſic & Filius quos vult viuificat.*

1. Cor. 15. v. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, *ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.*

CAP. XXIV.

Homines ſeipſos quoque viuificant.

E*Zech.* 18. *v.* 27. *Cũ auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam:* ipſe animam ſuam viuificabit.

Declaratio.

CHriſtus ſua virtute, ſuoque merito, non ſolùm naturaliter & corporaliter mortuos viuificabit in nouiſſimo die, ſed etiam in hac vita ſpiritualiter in peccatis mortuos; quando à peccatis verè liberatos, vitam gratiæ ſeu ſpiritum ſanctum, qui non habitat in corpore ſubdito peccatis (Sap. 1. v. 4.) largitur; & verè vt iuſtificat, ſpiritualiter, ita & viuificat. Homo autem ſeipſum, ſeu animam ſuam viuificat quoque, quando per fidem & pœnitentiam impetrat, & conſequitur remiſſionem peccatorum ſimulque animæ (alioquin in peccatis mortuæ) vitam ſeu viuificationem ſpiritualem.

CAP.

CAP. XXV.
Chriſtus dat Spiritum ſanctum.

EZech. 11. v. 19. Et dabo eis cor vnũ, *& Spiritum nouum tribuam in viſceribus eorum*: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: vt in pręceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantq; ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

Ezech 36 v. 26. Et dabo vobis cor nouũ, *& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri*: & faciam vt in pręceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.

Io. 8. v. 38. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ

CAP. XXV.
Etiam homines dant Spiritum ſanctum.

ACt. 8. v. 17. *Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: Qui cum veniſſent, orauerũt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Nõdum enim in quemquã illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu.* Tunc imponebãt manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. *Cum vidiſſet autem Simon*, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, *obtulit illis pecuniam dicẽs: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum.*

Hoc

reuera tollit, non autèm tegit tantùm peccata.

Ezech. 36. v. 25. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & *mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*

Zach. 13 v. 1. In die illa (propheria eſt de ſtatu noui Teſtamenti, ſicuti & præcedēs) erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, *in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.*

Io. 13. v. 10. Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, *ſed eſt mundus totus.*

Et v. 8. *Si non lauero te*, non habebis partem mecum.

Ezech. 5. v. 25. Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea, *vt illam ſancti-*

à malitia cor tuũ Ierúſalem vt ſalua fias.

Act. 3. *v.* 19. *Pænitemini igitur & conuertimini*, vt deleantur peccata veſtra.

Act. 15. *v.* 9. *Fide* purificans corda eorum.

Act. 22. *v.* 16. *Exurge & baptizare*, & ablue peccata tua.

Rom. 6. *v.* 6. *Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt*, vt deſtruatur corpus peccati, *vt vltra non ſeruiamus peccato. Et v.* 19. *Exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ*, in ſanctificationē. *Et v.* 22. *Nunc vero* liberati à peccato, *ſerui autem facti Deo*, habetis fructum *veſtrum* in ſanctificationem.

2 *Cor.* 7. *v.* 1. *Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi*, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

ficaret,

ſicaret, mundans laua-cro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, *non habentem maculam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.*

Tit. 2. v. 13. Expectã-tes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos *redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem.*

Heb. 9. v. 14. Quanto magis ſãguis Chriſti, qui per Spiritũ S. ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, *emundabit conſcientiam noſtrã ab operibus mortuis*, ad ſeruiendũ Deo viuenti? Et v. 28. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendã peccata:

2. *Tim.* 2. v. 21. *Si* quis ergo ſe emundauerit ab iſtis, *erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonũ paratum.*

Iacob 4. v. 7. *Subditi ergo eſtote* Deo, *reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis. Appropinquate* Deo, *& appropinquabit vobis.* Emundate manus peccatores: & purificate corda, *duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.*

Apo. 7. v. 14. *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna*, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni: *& ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius.*

1. Pet. 2. v. 24. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus: *cuius liuore ſanati eſtis.*

1. Io 1. v. 7. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe in luce eſt, ſocietatem habemus ad inuicem, *& ſanguis Ieſu Chriſti Filij eius emundat nos ab omni peccato.* Et. v. 9. *Si* confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, *& emundet nos ab omni iniquitate.*

Ap. 22. v. 14. *Beati* qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: *vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.*

1. Io. 3. v. 7. Filioli, Nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiã iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, *vt diſſoluat opera diaboli.* Et v. 5. Et ſcitis quia ille apparuit, *vt peccata noſtra tolleret*: & peccatum in eo non eſt.

Ap. 1. v. 4. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt: & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt: & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ, *qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*

Declaratio.

ET veteris & noui Teſtamenti ſcripturæ conſtanter aſſeuerant, & atteſtantur Chriſtum eumque ſolum, & meruiſſe veram remiſſionem, lotionem, purgationem, & emundationem peccatorum omnium tempore Euangelij: & per ordinaria Sacramenta, & media, rite diſpoſitis & ſuſcipientibus eandem communicare.

Homi-

. Homines autem, ſeſe debitè præparando, & gratiam illam, à Chriſto ſolo promeritam, legitimè participando ſeſeipſos quoque lauare, mundare & purificare dicuntur: non quod hoc, ſine Chriſto, aut ſuis viribus meritiſue faciant ſed quod faciendo quæ Chriſtus requirit, meritorum Chriſti participes fiunt, & per illa verè lauãtur, mundantur & purificantur à peccatis ſuis in ſanguine Chriſti, hoc eſt, in virtute & meritis ſanguinis Chriſti, ſemel in cruce effuſi, poſt reſurrectionem vero Chriſti ita coniuncti, vt ſeperari deinceps non poſſit in æternum.

Obſeruatio.

GRauiſſimè igitur peccant, & ſummè blaſphemi ſunt in Chriſtum Nouatores hæretici, qui hiſce non obſtantibus, aſſerere, ſcribere, & prædicare, & tanquã diuinã veritatem iactitare non erubeſcũt aut verẽtur, Chriſtũ humano generi nõ meruiſſe veram, realem & totalem remiſſionem, ablutionem, emundationem, & purificationem, ſed tantum tectionẽ & non imputationem peccatorũ: nec aliter aut remittere, aut mundare, purgareq́; peccata, quam quod tegantur & non amplius (licet reuera maneant) imputentur. Hoccine eſt lauare, mundare, purgare exhaurire & tollere peccata. Nonne hoc eſt ſcripturam ſacram vtriusque Teſtamenti mendacij arguere, aut pro libidine hæretica falſare, adulterare, inuertere? Hoccine eſt, & Dei veritatem, ſimul ac poteſtatem (qui dicit ſeſe delere, & vt nubem delere peccata Eſaiæ. 43. v. 25. & 44. v. 22, vtiq; propter Chriſti tunc

præuiſa & poſteà comparata atq; completa meri-
ta) & Chriſti officium meritumq; negare & qua-
ſi ex induſtria euertere, ſeu obliterare penitus?
Quomodo poteſt manere peccatum, quod non ſo-
lum lauatur, ſed etiam mundatur, purgatur, dele-
tur? Si peccatum eſt infirmitas animæ, atq; eo ma-
ior & grauior quo peccatum vel ſpecie vel numero
eſt grauius: & Chriſti liuore ſanati ſumus, vt S. Pe-
trus teſtatur. 1. Pet. 2. v. 24: quomodo manet aut
manere poterit morbus, quando anima plenè &
verè ſanata eſt? poteſtne dici, vel cogitari etiam,
quod anima eſt verè ſanata, quando non infirmitas
ſublata eſt, ſed tecta duntaxat? quomodo ſanatus
dici, vel haberi poteſt, cui ſanitas tantū imputetur
manente ipſa infirmitate? Si tantum non valuit
aut valet, vel Dei poteſtas, vel Chriſti ſanguis in
cruce pro redemptione, & remiſſione omnium
peccatorum effuſus, vt poſſit delere peccata, atq;
ita lauare corda, & conſcientias noſtras, vt am-
plius non ſint peccatis eiuſq; ſordibus coinquinatæ;
ecquur S. Dauid rogauit tam ſuppliciter Deum
(vtiq; per fidem, & meritum Mediatoris & Re-
demptoris promiſſi) vt & iniquitates ſuas deleret,
& cor mundum in ſe crearet, atq; amplius lauan-
do, ab omni peccato ſe mundaret, & hyſſopo aſper-
gens, nō ſolū purificari, ſed etiam ſuper niuem ſeſe
dealbari faceret? Pſal. 50. Quando vt beati eſſe
vel fieri poſſimus, ſtolas noſtras in ſanguine agni la-
uare & dealbare licebit. Apo. 7. v. 22: ſi conſcien-
tiæ noſtræ peccatis & ſordibus manentibus, peccata
ſolum-

ſolammodo teguntur & non imputantur? Et quomodo *Deus verax & iuſtus iudex, qui intuetur corda & renes, putare vel habere, aut iudicare aliquem poteſt mundum, qui immundus; iuſtum qui iniuſtus; purificatum vel dealbatum, qui peccatis denigratus, inquinatus, & ſordidiſſimus manet, atque eſſe perſeuerat? Hoccine eſt tollere peccata? hoccine diſſoluere opera diaboli?* 1. *Io.* 3. *Hoccine viuificare in peccatis mortuos? hoccine illuminare peccatis obtenebratos? hoccine diaboli regnum & poteſtatem deſtruere? nonne ſic peccatum gratiæ; & diaboli poteſtas, Dei poteſtati, & Chriſti meritis præualebit?*

CAP. XXII.

Chriſtus remittit & ſoluit peccata noſtra.

LVcæ 5. v. 24. Vt autem ſciatis, *quia filius hominis habet poteſtatem in terris dimittendi peccata,* dixit Paralytico.

Ioan. 5. v. 22 Neque enim Pater iudicat quemquam: *ſed omne iudicium dedit Filio,* vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.

CAP. XXII.

Etiam homines remittunt, & ſoluunt peccata.

MAth 16. v. 19. *Et tibi dabo claues regni cælorum.* Et *quodcunque ligaueris ſuper terram, erit & ligatum & in cælis:* & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Mat. 18. *v.* 18. *Amē dico vobis: Quæcunq; alligaueritis ſuper terram,*

 erunt

erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

Io.20.v.21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixiſſet, inſufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum: *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis:* & quorum retinueritis retenta ſunt.

2. Cor.2.v.10. Cui autem aliquid donaſtis & ego: *nam & ego quod donaui, ſi quod donaui,* propter vos, *in perſona Chriſti.*

Declaratio.

CHriſtus vt Deus, remittit & ſoluit peccata, propria poteſtate & auctoritate: vt homo, ex poteſtate & auctoritate diuinitus data atque commiſſa excellenter ſuper omnes homines, vt Dominus. Apoſtoli tamen, & eorundem, in Epiſcopatu & Sacerdotio, legitimi atque ordinarij ſucceſſores, ſoluunt quidem & remittunt quoque peccata, ſed non niſi vt miniſtri, & ex commiſſione, atque in perſona Chriſti, cuius diſpenſatores ſunt conſtituti. 1. Cor.4.v.4. & Tit.1.v.7. Inter quos miniſtros, & diſpenſatores, atque vicarios Chriſti, vt Petrus ſupra omnes Apoſtolos, Matth.16.v.19. ita & S. Petri, in ſummo Paſtoratu, ordinarius ſucceſſor, ſummus Pontifex ſeu Epiſcopus Romanus, ſingulariter ſoluendi & ligandi ſummam, (quæ per claues regni cælorum, Petro nominatim, & ſigillatim promiſſas, Matth.16. v.19. ac datas. Io. 21. v.15. deſignata fuit) poteſtatem à Chriſto accepit. Dimittunt & priuati homines aliis peccata, & dimittere iubentur,

tur. Lucæ 6. v. 37. ſed illa peccata tantum remittunt, quatenus in ſemetipſos, non quatenus in Deum commiſſa ſunt.

CAP. XXIII.	CAP. XXIII.
Chriſtus ſaluum facit populũ ſuũ à peccatis eorum.	Homo etiam ipſemet ſeſe à peccatis ſaluum facit.
MAth. 1. v. 21. Pariet autem Filium: & vocabis nomen eius Ieſum: *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*	LVcæ 7. v 50. *Dixit autem ad mulierẽ.* Fides te ſaluam fecit, vade in pace.

Declaratio.

CHriſtus verus eſt, non putatiuus, vel imputatitius, aut ſolo nomine Saluator; & ideo vocatur etiam Ieſus: ſaluat autem ante omnia populum ſuum à peccatis eorum, vt teſtatur Angelus Domini. Si autem verè & non putatiuè ſaluat à peccatis; quomodo poſſunt manere peccata? aut qua ratione ſaluantur à peccatis, qui peccatis adhuc manent obnoxij atque ligati? Homines autem ſeipſos ſaluant à peccatis; ſicut de Maria Magdalena, ipſemet Chriſtus teſtatur, quod fides illam ſaluam fecerit: quando per fidem charitate formatam, & pœnitentiam ſeſe per Chriſti tum meritum, tum gratiam, participes reddunt remiſſionis, & emundationis peccatorum ſuorum, ſicque

CAP. XXV. Chriſtus dat Spiritum ſanctum.

EZech, 11. v. 19. Et dabo eis cor vnũ, *& Spiritum nouum tribuam in viſceribus eorum*: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantq́; ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

Ezech 36 v. 26. Et dabo vobis cor nouũ, *& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri*: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.

Io. 8. v. 38. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ

CAP. XXV. Etiam homines dant Spiritum ſanctum.

ACt. 8. v. 17. *Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: Qui cum veniſſent, orauerũt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Nõdum enim in quemquã illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu.* Tunc imponebãt manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. *Cum vidiſſet autem Simon*, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, *obtulit illis pecuniam dicẽs: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum.*

Hoc

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Ioan.15.v.26. Cum autem venerit Paraclitus, *quem ego mittã vobis à Patre Spiritum veritatis*, qui à Patre procedit.

Ioan.16.v.7. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadam; ſi enim nõ abiero, Paraclitus nõ veniet ad vos: *ſi autem abiero, mittam eum ad vos.*

Io.20.v.22. Hæc cũ dixiſſet, *inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.*

Act.19.v.5. His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, *& loquebãtur linguis & prophetabant.*

2.*Cor.*2.*v.*4. *Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: qui & idoneos nos fecit Miniſtros noui Teſtamenti:* non littera, ſed ſpiritu, *littera enim occidit, Spiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur:* quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria?

Declaratio.

CHriſtus vt homo, meruit & impetrauit nobis ſpiritum ſanctum: vnde & dicit. Io.14.v.16. Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

uate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Et v.26. Paraclitus autem Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo: vt Deus verò, ipſemet miſit & dedit prout teſtatur. Io 15. v.26. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre. Dedit tamen etiam quatenus homo, quia humanitas inſtrumentum fuit diuinitatis, per quā Deus diuina ſua opera, & dona exercuit atque diſpenſauit: quanquam tamen vt homo reſpectu noſtri, dedit etiam vt Dominus, auctoritate & poteſtate excellentiæ, qua cunctos homines, & Angelos etiam incomparabiliter excellit.

Apoſtoli autem, & eorundem ſucceſſores, tam ſupremus Paſtor, quam reliqui Epiſcopi per quos Chriſtus Eccleſiam ſuam poſt Aſcenſionem ſuam viſibiliter regit, dant quoque, & diſpenſant Spiritum ſanctum, ſeu eius dona; nō tamen aliter, quā in Dei, & Chriſti nomine, per miniſterium verbi & Sacramentorum: nec vt DOMINI, ſed vt miniſtri; neque etiam vt datores propriè, ſed vt diſpenſatores duntaxat; & quia diſpenſationem Spiritus ex commiſſione, & loco Chriſti externè adminiſtrant: cum interim propriè, & reuera ipſemet Chriſtus etiamnum det, & daturus erit propria auctoritate, poteſtate & merito, Spiritum ſanctum, eiuſque dona, ad finem vſque mundi; vtens tantum medio & miniſterio Epiſcoporum, in Sacramento maximè confirmationis & ordinis & Sacerdotum quoque, in Sacramentis baptiſmi, pœnitentiæ & reliquis (per quæ Spiritus ſanctus, vel eius gratia communicatur) adminiſtrandis. Ob

Obſeruatio.

SI autem Chriſtus non ſolùm remittit, ſed etiam lauat, mundat, exhaurit & tollit peccata noſtra, atq; etiam largitur Spiritum ſanctum: quomodo poſſibile eſt peccata actu, & reuera manere & tegi ac non imputari tantum? nunquid ſolet aut poteſt Spiritus ſanctus habitare in corde adhuc peccatis maculato, vel (vt ſcriptura Sap. 1. v. 4.) ſubdito? Nonne Deus elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate? *Eph. 1. v. 4. Quomodo immaculati, & quidem coram Deo ſi peccata manent?*

CAP. XXVI.

Chriſtus nobis dat panem cæleſtem, carnem ſcilicet & ſanguinē ſuum, hoc eſt, ſemetipsū ſub ſpeciebus panis & vini.

IO. 6. v. 51. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: *& panis quem e-*

CAP. XXVI.

Sacerdotes etiã dant panem cæleſtem, Chriſtum videlicet, ſub ſpeciebus panis & vini.

1. *COr. 10. v. 16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? &* panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domi-

go dabo

go dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

ni eſt? *Quoniam vnus panis, vnũ corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus.*

Declaratio.

CHriſtus in nouiſſima cœna ipſemet perſonaliter panem cæleſtem, ſeu Manna noui Teſtamenti, hoc eſt, ſemetipſum, ſub ſpeciebus panis & vini diſtribuit ſeu dedit, prout antea promiſerat Io.6. v. 51. Apoſtoli autem, & ordinarij Sacerdotes noui Teſtamenti, etiam dant eundem panem, ſeu frangunt, hoc eſt, diſtribuunt: ſed Chriſtus dedit vt Dominus, propria auctoritate & virtute: Apoſtoli & Sacerdotes tantũ, vt miniſtri & diſpenſatores 1. Cor. 4. v. 1; atque ex commiſſione & mandato Chriſti: hoc facite in meam commemorationem, id eſt conſecrate, offerte, diſtribuite. Lucæ. 22. v. 19: ſicut autem Manna typicum dabatur iudæis tamdiu, donec veniebant in terram promiſſam, ſic etiam Chriſtus Manna Euangelicum dat, & dabit ad finem vſque mundi, non per ſeipſum viſibiliter, ſed per Sacerdotes noui Teſtamenti, donec ad patriam celeſtem vniuerſa tranſierit ſanctorum Eccleſia. Sacerdotes tantùm Miniſtri & diſpenſatores ſunt: Chriſtus ipſemet, qui in nouiſſima cœna perſonaliter dedit, adhuc conſecrat panem & vinum, offert ſe ſub ſpeciebus panis & vini realiter ſed inuiſibiliter præſentem Deo Patri, & diſtribuit quoque, ſed per os & manus Sacerdotum, quorum miniſterio tantum externè & viſibiliter vtitur.

Obſerua-

Verbum. Hoc erat in in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, in ipſo vita erat, *& vita erat lux hominum* Et v. 9. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.*

Io. 8. v. 12. Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: *Ego ſum lux mundi*: qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Io. 9. v. 5. Quamdiu ſum in Mundo, *Lux ſum Mundi.*

Io. 12. v 35. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum, lumen in vobis eſt. Ambulate *dum lucem habetis*, vt non vos tenebræ cõprehendant: Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat *Dum lucem habetis* credite in lucem, vt filij lucis ſitis.

poſita, neque accendũt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra *coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.*

Eph. 5. v. 8. *Eratis enim aliquando tenebræ*: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: *fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.*

Philip. 2. v. 14. Omnia autem facite ſine murmurationibus & hæſitationibus: vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei, *ſine reprehenſione, in medio nationis prauæ & peruerſæ*: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. *Verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Chriſti: quia non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui.*

Act. 13. v. 47. *Poſui te in lucem gentium*, vt ſis in ſalutem, vſque ad extremum terræ.

Declaratio.

CHriſtus eſt lux vera, & lucem habet, non aliunde, ſed à ſemetipſo. Et tali ſenſu ſolus etiam lux eſt, & dici debet, nec quiſquam hominum ita lux dici vel æſtimari poteſt aut debet, nec ipſemet quoque ſanctus Ioannes Baptiſta, qui in vtero materno ſanctificatus, & ſanctus fuit, antequam natus: de quo S. Euangeliſta: *Non erat ille lux*, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine Io. 1. v. 8.

Lux tamen, & lux mundi vocantur nihilominus, ab ipſomet Chriſto, Apoſtoli, & eorum potiſſimum ſucceſſores. Math. 5. v. 14: vocantur fideles & à peccatis emundati Chriſtiani, lux quoque in Domino, Eph. 5. v. 8: & luminaria etiam mundo vel in mundo. Philip. 2. v. 14: ſed non vt Chriſtus, verum ideo, quia nō ex ſeipſis, ſed per Chriſtum illuminati, & lux ſunt facti, vt &, ab omnibus peccatorum tenebris & nebulis illuminati, verè lucidi ſine peccatis, etiā alijs prælucere, & coram alijs radios lucis ſuæ diffundere poſſint. ſunt lux ſicut luna, quæ lucem ſuam non niſi à ſole mutuatur & habere poteſt: ſic & homines non niſi à Chriſto, qui verus & vnicus eſt ſol, lucem ac lumen ſuum habent; & ſicuti luna, lux etiam ſeu lumen ſuo ſenſu & modo idcirco vocantur.

Obſeruatio.

SI autem homines etiam lux vocantur, & lux in Domino: quomodo poſſūt ſimul eſſe & manere pec-

re peccatis obtenebrati: nunquid ſimul & tenebræ, & lux eſſe ac dici poſſunt.

CAP. XXXVIII. Chriſtus illuminat.

LVcæ 1. v. 78. Viſitauit nos oriens ex alto: *illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent.*

Io. 1. v. 9. Erat lux vera, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Eph. 5. v. 6. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, *& illuminabit te Chriſtus.*

CAP. XXXVIII. Etiam alij illuminant.

EPh. 3. v. 8. *Mihi omnium Sanctorum minimo, data eſt gratia hæc, in gentibus Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, &* illuminare omnes, *quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis in Deo, qui omnia creauit.*

Act. 26. v. 15. Dominus autem dixit: E*go ſum* IESVS *quem tu perſequeris. Sed exurge & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eorum, quæ vidiſti, & eorum, quibus apparebo tibi, eripiens te de populo & gentibus in quas nunc ego mitto te,* apperire oculos eorum *vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate Sathanæ ad Deum, vt accipiant remißionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos per fidem quæ eſt in me.*

Declaratio.

CHriſtus vt natura, & poteſtate excellentię etiam ſecundum hominem eſt lux vera: ita & verè illuminat, & poteſt atque paratus illuminare omnem hominem, qui non ponit obicem, & facit, quę Deus ad hoc iure meritoque exigit: Apoſtoli & alij, miniſterialiter tantùm, prædicando, inſtruendo, hortando, monendo, perſuadendo, vel etiam illuminationem à Deo precibus impetrando, vel alia ratione, occaſionaliter vel ſecundario aperiunt oculos aliorũ, ſeu illuminant vel infideles vel peccatores; vt vel ad fidei lumen, vel adveram pœnitentiam à tenebris videlicet infidelitatis ſeu impietatis, ad lucem veritatis & iuſtitiæ conuertantur. ſicque non vt ſol, propria & naturali, ſed vt luna, mutuata luce alios quoque verè illuminare dicuntur.

Obſeruatio.

SI Chriſtus peccatores verè illuminat; nec dici, nec credi poteſt aut debet, vllas peccatorũ tenebras relinquere: ideoq́; tegere, vel non imputare dicitur peccata, quæ prius verè remiſſa, & lumine gratiæ expurgata & profligata ſunt; quia videlicet illorum ad pœnam æternam, quam meruerant, amplius non recordabitur, ſed pro verè remiſſis, & plenè deletis, (vti reuera ſunt) habebit. Vnde regius Pſalmiſta non ſimpliciter beatos prædicat, Pſal. 31. v. 1: quorum tecta ſunt peccata; nec beatum illum verum cenſet cui Dominus non imputauit peccatum: ſed præmiſit: Beati quorum remiſſæ ſunt

iniqui-

iniquitates: ſatis indicans illorum peccata tecta eſſe, & non imputari à Deo(ad pœnam ſcilicet promeritam) quæ prius à Deo remiſſa ſunt quoad culpam: quæ remiſſio fit lauando, purgando & tollendo peccata, & ſanando animam ab infirmitate ſper peccatũ cõtracta, & à tenebris peccatorũ penitus atq; totaliter illuminãdo, ſic vt qui prius tenebræ vocabantur propter peccata; poſtea lux in Domino vocentur. Eph. 5. v. 8: qui prius infirmi, poſtea ſani: qui prius in peccatis mortui, poſtea per remiſſionem illam viuificati & viuentes, nõ apparenter, ſed reipſa, non reputatiue, ſed efficaciter, non ſalſo, ſed veraciter, dicantur paſſim in ſcripturis. Nonne igitur Chriſti meritum, virtutem, & officium, imo ipſum Chriſtum negant noui iſti tectores & imputatores hæretici; & non ſolum in Catholicos iniurij, ſed etiam in Deum & Chriſtum eius ſummè blaſphemi, ideoq; in ſpiritum ſanctum grauiſſimè peccare cenſendi ſunt? Eſtne iſta cæca impudẽtia, & impudẽtiſſima cæcitas, ex vno atq; altero loco ſcripturæ, vbi de tectione, & non imputatione peccati fit mentio, colligere & pro fidei articulo aſſerere, peccata verè non tolli nec remitti efficaciter, ſed manere in ſua natura & ſubſtantia, & tantum tegi exterius & non imputari & tot ac tam clara teſtimonia ſcripturæ (quod peccata verè & ſic remittantur, vt ſimul tollãtur, lauentur, & emundentur; & homo, ſecundum animam, fiat totus nouus, lucidus, immaculatus, iuſtificatus, ſanctificatus) clauſis quaſi oculis prætereunt, vel obſtinata malitia conſiderare atq; attendere nolunt?

CAP. XXIX.
Chriſtus eſt lapis viuus.

MAth. 21. v. 42. Nunquã legiſtis in Scripturis: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli?* A Domino factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris: ideo dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum, cõfringetur: ſuper quẽ vero ceciderit, conteret eũ.

Act. 4. v. 11. *Hic eſt lapis*, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: *& non eſt in alio aliquo ſalus.*

1. Pet. 2. v. 4. *Ad quem accedentes lapidem viuum.* Et v. 6. Propter quod continet Scriptura: *Ecce pono in Sion lapidem ſummum, angularem, electum, pretioſum*: & qui crediderit in eum non confundetur.

CAP. XXIX.
Etiam alij vocãtur lapides viui.

1. PEt. 2. v. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabile, ſine dolo, lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis, quoniam ſuauis eſt Dominus. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autẽ electum, & honorificatum:* & ipſi tanquam lapides viui ſuperędificamini, *domus ſpiritualis, ſacerdotiũ ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo, per Ieſum Chriſtũ.*

Decla-

Declaratio.

CHriſtus lapis dicitur, non ſimpliciter aut materialiter ſed lapis viuus: tum propter ſuam immobilem fortitudinem, atque in omni aduerſitate patientiam firmam & inconcuſſam: tum propter operationis ſuæ inſuperabilem poteſtatem: tum deniq́ue propter ædificationis ſuper ipſum aptitudinem ſummam. Vocatur & lapis fundamentalis, ſeu in fundamentis Sion poſitus. Iſaiæ 28. v. 16: & lapis angularis, qui duos parietes, hoc eſt, populos iudæos videlicet & gentes in vnum populũ, & fidei vnitatem coniungit: & apud Danielem vocatur lapis de Monte abſciſſus ſine manibus, hoc eſt, de Virgine, ſine virili ſemine generatus, qui & factus eſt mons magnus, & totum mundum, omnibus regnis ſubactis, impleuit. Daniel 2. v. 34. & 45 Homines autem & ipſi vocantur lapides viui, quia & per baptiſmum Chriſtum induerunt. Galat. 3. v. 27. & per ſpiritum & gratiam Chriſti in fide, charitate, patientia, alijsq́ue virtutibus inſtar lapidum firmati, & ſolidati, Chriſtoque ſuperædificati ſunt, ad domum & templum Dei conſtituendum. Eph. 2. v. 20. 1. Pet. 2. v. 5.

CAP. XXX.

Chriſtus eſt petra.

ROm. 9. v. 33. Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & *petram ſcandali*: & omnis

CAP. XXX.

Et Simon Petrus vocatur petra.

MAth. 16. v. 16. *Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es* CHRISTVS *Filius Dei viui.*

 qui

qui credit in eum non confundetur.

1. Cor. 10. v. 4. Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra; *petra autem erat Chriſtus.*

1. Pet. 2. v. 7. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis offenſionis, *& petra ſcandali,* his qui offendunt verbo, nec credunt.

Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater *meus qui in cælis eſt.* Et *ego dico tibi*, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram *ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Io. 1. v. 40. Erat au- Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſicuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Meſſiam (quod eſt interpretatum Chriſtus) Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dixit. Tu eſt Simon Filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus.

Declaratio.

CHriſtus ex ſeipſo, & propria virtute ac firmitate nec non principalis, ſicque ſolus eſt petra, ſignificatus & figuratus, per petram deſerti, ex qua, Moſis virga percuſſa, fluxerunt aquæ largiſſimæ, ſignificãtes abundantiſſimam gratiam noui Teſtamenti, per quam & renouamur, & mundamur, & potamur & confortamur quamdiu in deſerto huius mundi peregrinamur, donec in patriam cæleſtem nobis promiſſam peruenimus.

Apoſtolus tamen Petrus etiam, non ſimpliciter,

citer, aut duntaxat lapis, ſicut alij fideles 1. Pet. 2. v. 5: ſed etiam ſingulariter petra, ab ipſomet Chriſto appellatur, propter firmitatem & conſtātiā fidei, quā nō à ſeipſo, ſed Chriſti oratione (Lucæ. 22. v. 32. merito virtuteque, ac infallibili promiſſione & ordinatione (Ioan. 1. v. 42.) accepit; & poſtquam Spiritu ſancto repletus fuit in die Pentecoſtes, ad finem vſque vitæ, inconcuſſam atque inuiolatam retinuit: & illius ergo à Chriſto aptatus & idoneus reputatus, ſuper quem (eiuſque ſucceſſores, ſimili promiſſo & priuilegio gaudentes) Eccleſiam ſuā ædificaret, hoc eſt, cui Eccliſiā ſuā viſibiliter ædificandam regendamq; committeret. Quod autē apud Mathæum, verbis illis; ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; Chriſtus non ſeipſum, ſed Petrum intenderit, paret; tùm quia Chriſtus ſui, tanquam petræ, nullam fecerat mentionem, & pronomen hanc, referat quod præceſſerat, vel eius mentio ſtatim facta erat: tùm quia Petrus & petra idem, quo ad naturam vel rem ipſam, ſignificant, ſecundum Chriſti mentem atque intentionem, ſi Euangeliſtæ S. Ioāni credimus qui interpretatur Cephas, Petrum: Cephas autem Chaldaica lingua ſignificat, ſaxum grande ſeu rupem magnam: & ſecundum Atticos, petrus & petra idem ſignificant, & pro eodem ſumuntur quin & germanicè petrus transfertur, ein Velſs, non ſolum in Catholicorum, ſed etiam hereticorum Biblijs. Sic enim habet Biblia Luteri Ioannis. 1. v. 42. Du ſolt Cephas heiſſen / das iſt / verdolmetſcht / ein felß. Vnd die Zuriſche gleichfals. Du ſolt Cephas heiſſen / das wirt verdolmetſchet / ein Velß.

Si igitur Petrus & petra idem ſignificāt in textu Euangelico: quis dubitare poterit Petrum, à Chriſto appellatum Petram, & ſuper illam Petram ſeſe Eccleſiam ſuam ædificaturum promiſiſſe? Nec mirari multo minus inficiari quis poterit, hominem poſſe petram appellari, & inſtar petræ, vel rupis, aut ſaxi grandis ſtabilem & firmum reddi: cū & Deo omnia ſint poſſibilia: & Ieremiæ Deus plus aliquid promiſerit, & contulerit. Ne formides (inquit ad Ieremiam Deus Ier. 1. v. 17) à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie *in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreū, ſuper omnē terrā*, Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus vt liberem te. Qua autem ratione Chriſtus ſuper Petrum ædificare promiſerit Eccleſiam, euentus ipſe, & promiſſionis effectus ſatis edocet; quando Chriſtus iam iam poſt reſurrectionē aſcenſurus, Petro omnes agnos & oues hoc eſt omnes ad vnum, ſine vlla exceptione, Chriſtianos, ſicque vniuerſam Eccleſiam paſcendam, regendamque commiſit, & ſic etiam claues regni cælorum, hoc eſt ſupremam in Eccleſia viſibilem poteſtatem & regimen ſummum, antea promiſſas ſimiliter, reipſa contradidit. Io. 21. v. 15. Quod autem Petro, in vſum & vtilitatem Eccleſiæ, tanquam ſupremo Paſtori & Rectori ſub Chriſto, promiſſum & commiſſum eſt: omnibus ſimul ordinarijs & legitimis in eodem officio ſucceſſoribus promiſſum & commiſſum eſſe dubitari non debet.

debet. De qua re, in Tractatu noſtro, De primatu Petri & ſucceſſorum eius ex profeſſo latius.

Obſeruatio.

NIhil igitur derogatur Chriſto, quod S. Petrus etiam petra appellatur & habetur, cum ſuis ordinarijs ſucceſſoribus Romanis Epiſcopis: tùm quia Chriſtus illud nomen, ipſemet promiſit & dedit tùm quia Petrus eiusq; ſucceſſores nihil ſunt, nec habent, quo ad nominis huius appellationem, vel ſignificationem, quod à Chriſto, vera & principali petra non acceperunt: ſicut nec Chriſto quicquam decedit, ſed ad maiorem cedit honorem & gloriam, quod Apoſtoli omnes lux mundi, per gratiam videlicet & communicationem ſuam, vocentur: cum Chriſtus ſolus alioquin lux vera, naturaliter, & propria ſua poteſtate exiſtat. Vt taceam alia, & longè maiora ac diuiniora epitheta atq; elegia per communicationem, & quandam ſimilitudinem in ſacra ſcriptura ab ipſomet Deo tribui hominibus, quæ propriè tamen & ſimpliciter, non niſi vni, ſoliq; Deo ſine blaſphemia tribui poſſunt.

CAP.

CAP. XXXI.

Chriſtus eſt fundamentum Eccleſiæ.

1. Cor. 3. v. 9. Dei enim ſumus adiutores: Dei Agricultura eſtis, Dei ędificatio eſtis. Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens Architectus fundamentum poſui: alius autẽ ſuperædificat. Vnuſquiſq; aũt videat, quomodo ſuperędificet. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.*

CAP. XXXI.

Etiam Apoſtoli ſunt fundamenta Eccleſiæ.

Eph. 2. v. 20. Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarum, *ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.*

Ap. 21. v. 14. Et murus Ciuitatis habens fundamenta duodecim, *& in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni.*

2. Tim. 2. v. 19. Sed *firmum fundamentum Dei ſtat*, habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus qui ſunt eius.

Obſeruatio.

CHRISTVS ſolus eſt fundamentum primum, & principale, idque ſuamet & propria virtute. Apoſtoli autem etiam ſunt fundamenta Eccleſiæ, ſed poſt Chriſtum ſecundaria, idque non propria, ſed Chriſti tantum gratia atque virtute. Quia vero inter Apoſtolos primus

mus eſt S. Petrus, vt & S. Mathæus teſtatur Mat. 10. v. 2: & poſt Chriſtum, imo à Chriſto petra quoq; appellatus & factus: quis niſi vecors, aut mentis inops negare poſſit vel auſit, ſanctum quoque Petrum, ſuo modo & ſenſu, fundamentum eſſe, & quidem poſt Chriſtum, inter ſecundaria fundamenta, primum & principale fundamentum, cui poſt Chriſtũ & propter Chriſtum, Eccleſia tanquam ſupremo Rectori & Paſtori innititur?

Obſeruatio.

Saluo igitur & aucto etiam honore Chriſti, Apoſtoli quoque (& inter Apoſtolos, principaliter Petrus) fundamenta cenſentur; ſed ſuper Chriſtum primum & principale fundamentum, & ſummum angularem lapidem collocata, & ab illo omne ſuum robur, omnemq; ſuam firmitatem & ſoliditatem habentia.

CAP. XXXII.

Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ.

1. COr. 11. v. 3. Volo autem vos ſcire *quod omnis viri caput Chriſtus eſt.*

Eph. 1. v. 22. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: *& ipſum dedit caput ſuper omnem Eccle-*

CAP. XXXII.

Etiam alij vocantur Capita.

NVm. 1. v. 16. Hi nobiliſſimi principes multitudinis per tribus & cognationes ſuas & capita exercitus Iſrael.

Num. 7. v. 2. Obtulerunt Principes Iſrael,

ſiam,

ſiam, quæ eſt Corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Eph.4.v.15. Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, *qui eſt Caput Chriſtus*.

Eph.5.v.22. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino: Quoniam vir caput eſt Mulieris: *ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ* : ipſe Saluator corporis eius.

Col.1.v.18. Et *ipſe eſt Caput corporis Eccleſiæ*.

Col.2.v.10. Et eſtis in illo repleti, *qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis:* Et v. 18. Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, *& non tenens Caput*, ex quo totum corpus pernexus, & con-

& Capita familiarũ, *qui erant per ſingulas tribus, præfectiq́ eorũ, qui numerati fuerant, munera coram Domino.*

Num. 10.*v* 4 *Si ſemel clangueris venient* ad te Principes, & Capita multitudinis Iſrael.

Deut.28. v. 13. Conſtituet te Dominus *in caput & non in caudã.*

1.Reg.15.*v*.17. *Et ait Samuel ad Saul.* Nonne *cum paruulus eſſes in oculis tuis*, Caput in tribubus Iſrael factus es?

*Pſal.*17.*v*.44 *Eripies me de contradictionibus populi:* conſtitues me in caput Gentium.

*Oſe.*1.*v*.11.*Et congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter*, & ponent ſibimet caput vnum.

*Abacuc.*3.*v*.13. Percuſſiſti Caput *de domo impij. Et v.* 14. *Maledixiſti ſceptris eius*, Capiti bellatorum eius.

iunctio-

iunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.

Eph. 5. v. 23. Quoniam Vir eſt Caput mulieris, *ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.*

Declaratio.

CHriſtus ſolus eſt Caput principale, immortale, inuiſibile & æternum Eccleſiæ ſuæ militantis. Apoſtoli autem, & Epiſcopi quoque vocantur, & vocari poſſunt capita, id eſt Rectores Eccleſiæ (ſicuti Sacra ſcriptura Rectores tam principales, quam partiales, ſeu inferiores, capita vocare conſueuit, vti ex ſecundo loco allegatis ſcripturis planum eſt) ſed ſub CHRISTO ſecundaria, minus principalia, miniſterialia, viſibilia, mortalia, tẽporaria duntaxat. Nec tamen ideo Eccleſia monſtrum ſeu monſtroſa videri cenſeriùe poteſt, eo quod plura habeat capita: nam non agitur hic de corpore naturali, quod naturaliter vnum tantũ naturale caput habet, & habere poteſt: ſed de corpore myſtico, quod vnũ ſupremum myſticũ caput, hoc eſt, ſummum & principalem habet Rectorem & moderatorem Chriſtum Ieſum: ſed ſub Chriſto etiam plures ſed inferiores alios: quod abſurdum in Regno, Ducatu, comitatu, vel Republica videri non poteſt, ſed etiam vſitatum, imo & neceſſarium quoque eſt.

Certè S. Dauid præuidit, & propheticè prædixit,

dixit, quod Apoſtoli eſſent conſtituendi Principes ſuper omnem terram Pſal. 44. v. 70: ſi Principes, ergo & capita, atque primores: ſimiliter & S. Paulus palam teſtatur Spiritum ſanctum Epiſcopos conſtituiſſe Rectores Eccleſiæ quam Chriſtus ſanguine ſuo redemit. Act. 20. v. 28: Si Rectores ergo & capita, ſed ſub Chriſto, & loco Chriſti, quo ad externum & viſibile regimen Eccleſiæ & non niſi temporanea & miniſtratoria. Paulus itidem vocat virum Caput Mulieris. Eph. 5. v. 23. non tamen negat Chriſtum eſſe caput mulieris, principale ſcilicet: neque ideo Mulier duo capita, principalia ſeu æqualia videlicet, habet: ſed vnum tantum principale & perpetuum: minus principale & temporaneum ac viſibile, ſubalternumq́ue & miniſteriale, virum ſcilicet ſuum.

Obſeruatio.

INiuſtè igitur, & impudenter admodum, contra conſcientiam ſuam, Catholicos quoq; criminantur & calumniantur hæretici, quod S. Petrum caput Eccleſiæ nominant; quaſi Chriſto hac ratione derogetur & ſumma ſiat iniuria, qui ſolus eſt caput Eccleſiæ: & Eccleſia duo capita (niſi monſtrum eſſe debeat) habere non poßit: Cum non ignorent, Chriſtum myſticum (non vero corporale, vel naturale) caput hoc eſt ſupremum Rectorem & procuratorem eſſe myſtici ſui Corporis Eccleſiæ: S. Petrum autem, & ſui pro tempore ſucceſſorem, non niſi ſub Chriſto viſibile eſſe caput, hoc eſt viſibilem & quidem (inter alios inferiores Rectores & miniſtros) ſummum etiam, ſed miniſterialem ſub

Chriſto,

Chriſto, Rectorem & Paſtorem Eccleſiæ eius cenſeri, & haberi tantùm.

CAP. XXXIII. Chriſtus eſt ſpes noſtra.

EPh.3.v.10. Vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionẽ ſeculorum, quam fecit in Chriſto Domino noſtro: *in quo habemus fiduciam* & acceſſum in confidẽtia per fidem eius.

Col.1.v.28. Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt *Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ.*

1.Tim.1.v.1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecundum imperium Dei Saluatoris noſtri, *& Chriſti Ieſu, ſpei noſtræ.*

CAP. XXXIII. Etiã alij ſpes noſtra eſſe poſſunt.

2. COr. 2.v.3. Confidens in omnibus *vobis, quia meum gaudium omnium veſtrum eſt.*

2. Cor. 7. v. 16. *Gaudeo*, quod in omnibus confido in vobis.

Gal. 5. v. 10. Ego cõfido in vobis in Domino, *quod nihil aliud ſapietis.*

1. *Theſſ.* 2. v. 19. Quę eſt .n. noſtra ſpes, *aut gaudiũ, aut corona gloriæ?* Nonne vos ante Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum eſtis, in aduentu eius? *Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.*

2. *Theſſ.* 3. v. 4. Confidimus autem de vobis, in Domino, *quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis.*

Philem. 1. v. 21. *Confidens in obedientia tua, ſcripſi tibi.*

Declaratio.

CHriſtus tanquam Redemptor, Mediator, & Saluator, ſolus, & ſumma atque adeo ad Deum, & poſt Deum, etiam ſecundum hominem, vnica eſt ſpes & fiducia noſtra: quia ſine illo, nec fiduciam ad Deum, nec ſpem aut acceſſum vllum habere poſſumus ad thronum gratiæ & ſalutis. Confidere tamen, & ſperare etiam in hominibus, poſt Deum & Chriſtum eius, licet, quatenus Deus videlicet per illos operatur tanquã media, aut miniſtros: ſic ſperant filij in Parentibus, ſubditi in protectione ſuperiorum: pauperes in liberalitate & benignitate diuitum: infirmi in cura & experientia medicorum: amici in amicorum ſubuentione & ſinceritate; & ſimiliter alij in alijs: ſic tamẽ, vt ſumma, & vltima ſpes, ac fiducia in ſolo Deo ſit; & in hominibus, aut creaturis non ſperetur, niſi quatenus per Dei gratiam, aut virtutem aliquid poſſunt, aut Deus per illos, tanquam miniſtros, aut media, vel cauſſas ſecundarias operatur: aut quatenus ipſi homines nos ſuis precibus atque interceſſionibus adiuuant apud Deum, per Chriſti nomen, ad facilius & plenius participanda, quæ Chriſtus nobis promeruit; & Deus, non niſi per Chriſtum eiuſque merita largitur. Sic ſperabat S. Paulus in Deum quod eripiendus eſſet de varijs & imminentibus periculis, quando & Corinthij ipſum in orationibus adiuuarẽt. 2. Cor. 1. v. 11. ſic ſperarat idem S. Paulus, quod per fidem & pietatem Teſſa-

Teſſalonicenſium, ad quam illos ſua doctrina induxerat, maiorem gloriam & mercedem à Deo eſſet accepturus: ideoque eos ſpem, gloriam & gaudium ſuum vocare non dubitauit: ſic quoque ſperabat ſe per fidelium orationes à periculo mortis liberandum, & donandum Eccleſiæ, Philem. 1. v. 22.

Obſeruatio.

SI in hominib. mortalibus & peccatoribus, quatenus per gratiã & virtutẽ, quam à Deo habent tanquam miniſtri, media, aut ſecũdariæ cauſſæ nos iuuare poſſunt, poſt, & propter Deum, ſperare & confidere licitè poſſumus; ſalua ſemper, & præſuppoſita fiducia & ſpe in Deum principaliter: ſi etiam homines mortales & peccatores ſpes noſtra vocari poſſũt; quatenus per preces & interceſſiones, aut occaſione eorum aliquid à Deo ſperamus, & confidimus accipere vel exſpectare. Quidni licebit, multo magis, in ſanctis beatis, & immortalibus atq; Dei Amicis ſummis & æternis, noſtri autem amantiſſimis, ſimili ſenſu & intentione, ſperare atq; confidere: eo quod nos vt poſſunt optimè, ita & velint etiam promptiſſimè, atq; indeſinenter apud Deum, per Chriſti meritum orando & intercedendo iuuare, non ſolùm in neceſſarijs huius vitæ corporalis, ſed etiam, & quidem potiſſimùm in eis, quæ ad animæ ſanctitatem ſalutemq; requiruntur, per Chriſtum impetrandis? Quidni etiam eodem nomine, ſpes quoq; noſtra appellari, & haberi poterunt? Si autem in alijs Sanctis beatis, tali ratione ſperare & confidere fas eſt, & verbo atq;

voluntati Dei conforme: quur non etiam, & multo maxime ſuper omnes ſanctos, in ſanctiſsima chariſsimaq; Matre Dei, quæ plus poteſt, & parata eſt facere apud Deum & Filium ſuum, quam vllus alius, tam ex Angelis, quam alijs ſanctis cælitibus: qui miniſtri tantum, & Amici Dei ſunt, Matre incomparabiliter inferiores? Cur non & illam ſpem noſtram appellare poſſumus ad Deum, & Chriſtum eius Filium ſuum dilectiſsimum: ſicuti Eccleſia in Cantico illo & Antiphona Salue Regina, à tot centenis annis palā, & publice tam conſtanter, & reuerenter vtiliterq; fecit, & facere non deſinit? Vt taceam ideo quoq;, & optimo iure, præ omnibus ſanctis ſpem noſtram vocare poſſe, & debere, quia Chriſtum nobis de vtero ſuo genuit qui eſt vnica, & ſumma ſpes noſtra, & anchora omnis ſpei & confidentiæ, quam habere poſſumus certiſsima.

CAP. XXXIV.

Chriſtus dat vitam, & viuificat.

IO. 6. v. 33. Panis enim Dei eſt, qui de cælo deſcendit, & *dat vitam mundo.* Et v. 52. Panis quem ego dabo, caro mea eſt, *pro mundi vita.* Et 59. Qui mãducat hunc panem, *viuet in æternum.*

CAP. XXXIV.

Etiam homines dant vitam & viuificant.

LVcæ 17. v. 33 *Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam (propter me, Math. 10. v. 39.)* viuificabit eam.

Io. 12. v. 25. *Qui a-*

Io. 10.

Io. 10. v. 10. Ego veni, *vt vitam habeant*, & abundantius habeant. Et v. 27. Oues meę vocem meam audiũt, & ego cognoſco eas; & ſequũtur me, *& ego vitam æternam do eis*.

1. Io. 5. v. 11. Et hoc eſt teſtimonium, quoniã vitam æternam dedit nobis Deus. *Et hæc vita in Filio eius eſt*. Qui habet Filium, *habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet*.

mat animã ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiat eam.

2. *Cor. 2. v. 15. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in ijs, qui ſalui fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem:* aliis autem odor vitæ in vitam.

1. *Io. 5. v. 16. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat*, & dabibitur ei vita, *peccanti non ad mortem*.

Declaratio.

CHriſtus vt Deus, vt eſſentialiter eſt vita, Io. 1. v. 4. 11. v. 25. 14. v. 6. Vitam dat atq; largitur auctoritatiue, poteſtatiuè & effectiuè: vt homo Mediator Dei & hominum, meritoriè & executiuè, poteſtate excellentiæ. Atq; ſic, nulla creatura, neque in cœlo neque in terra vitam dat, aut dare poteſt. Homo tamen animam ſuam; ſi Chriſtomet credimus; viuificat, & in vitam æternam cuſtodit, ſicque & ſibi vitam dat, ſeu dare, diu poteſt: non auctoritatiuè aut proprio merito, propriauè virtute: ſed quia illa facit, quæ Deus requirit, vt vitã, tam

gratiæ, quam gloriæ per Chriſti meritum naſciſci & participare queat. alijs etiam odor vitæ in vitam eſſe, vt S. Paulus ait: vel vitam dare dicitur, ſecundum S. Ioannis teſtimoniũ; prout græcus textus habet; qui docendo, monendo, hortando, vitæ exemplo, vel etiam Deũ orando, alijs auctor, occaſio, vel adiumento eſt, vt per debita media, vel fidei ac pœnitentiæ ſeu iuſtitiæ operá, initialem; vel etiam auctiorem vitã gratiæ, aut vitam quoq; gloriæ non ſolum ſpe, ſed etiam re, & poſſeſſoriè, per Dei gratiam, & Chriſti meritum conſequatur.

Obſeruatio.

SI autem lux in Domino, à S. Paulo vocantur Eph. 5. v. 8, non ſolum qui fidei & gratiæ lumine ſunt diuinitus illuſtrati: ſed etiam qui alijs aut doctrina, aut vitæ, ac probitatis exemplo prælucent, aut quoquo pacto cauſſam præbent, vt alij quoque ſpiritualiter, & ad ſalutem quærendam capeſſendamq; illuminentur & inflammentur: vtiq; etiam vita appellari poſſunt, per gratiam Dei &, meritum Chriſti, qui vel ſeipſos pœnitentia & conuerſione, aut etiam finali, in curſu iuſtitiæ perſeuerantia viuificant ſecundum Chriſti teſtimonium, ſeu animam ſuam in vitam cuſtodiunt æternam: vel alijs pia occaſione, ſuggeſtione, vel cooperatione, ad vitam gratiæ aut ſalutis, cauſſam, operam vel calcar addiderunt. Quando igitur ſanctos beatos perfectum abſolutumq; exemplar iuſtitiæ, & ſanctimoniæ, nec non tolerantiæ & perſeuerantiæ nobis reliquiſſe conſtat; & etiamnum ſuis precibus, atq; interceſſionibus apud Deum,

per

per Chriſtum, gratiam & auxilium impetrare vt eorum veſtigia ſequi & aliquando regni quoque & ſalutis conſortes effici mereamur; dubitari non poßit nec debeat: ideoq́; & illos (ſuo ſenſu & modo) vitam dare, imo & vitam noſtram eſſe, ſaluo Chriſti honore & officio, ſalua etiam fide Catholica, & dici & credi poterit: quænam cæcitas, & veſania eſt nos Catholicos, neſcio cuius blaſphemiæ ſeu idolomaniæ traducere, quod ter ſanctißimam, dulcißimã atq; beatißimam Deiparam, vitam, ſpem & dulcedinem noſtram compellamus tùm quia Chriſtum, qui ſolus & verè vita noſtra eſt, vitamq́; meruit, & dare poteſt æternam, mundo enixa eſt: tùm quia & vitæ exemplar perfectißimæ, iugiter contemplandum & imitandũ reliquit: tùm deniq; quia materna interceßione cum cæteris, imo præ omnibus ſanctis in cælo, gratiam vitæ ſpiritualis, & cæleſtis per Filium, & à filio rogare, & impetrare non deſinit?

CAP. XXXV.	CAP. XXXV.
Chriſtus eſt oſtium, & porta ad ſalutem cæleſtem.	Etiam alij ſunt oſtia & portæ, ad ſalutem & patriam cæleſtem.
IO. 10. v. 9. *Ego ſum oſtium, Per me ſi quis introierit, ſaluabitur, &*	AP. 21. v. 10. *Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnũ, & altum, & oſten-*

ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

Io. 14. v. 6. *Ego ſum via*, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrē niſi per me.

Eph. 2. v. 18. *Per ipsū habemus acceſſum* ambo (tam Iudæi quam Gentiles conuerſi) in vno Spiritu *ad Patrem.*

Heb. 9. v. 11. Chriſtus autem aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorū, ſed per proprium ſanguinem *introiuit ſemel in ſancta*, æterna redemptione inuenta.

dit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cælo à Deo, *habentem claritatē* Dei: *& lumen eius ſimile lapidi pretioſo, tanquam lapidi* Iaſ*pidis, ſicut cryſtallum.* Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim, *& in portis Angelos duodecim: & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum* Iſrael. *Ab* oriente portæ tres: *& ab Aquilone* portæ tres: *& ab Auſtro* portæ tres: *& ab Occaſu* portæ tres. Et *murus ciuitatis habens fundamēta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni.*

Heb. 10. v. 19. Habentes itaque fratres fiduciam in *introitu ſanctorum*, in ſanguine Chriſti, quam *initiauit nobis viam nouam, & viuentem.*

Declaratio.

CHriſtus ſolus ſua pretioſiſſima morte, ſuoque ſanguine nobis promeruit apertionem cæli; per inobedientiam primorum Paren-

rentum toti generi humano, iunctiſque poſteris eorum occluſi; acceſſumq́; ad Patrem,& regnum cælorum: ideoque ſolus eſt, & dici debet, ac poteſt oſtium, & porta ſalutis regnique cæleſtis, Nihilo tamen minus, ſed longè alio ſenſu, duodecim Patriarchæ, & Apoſtoli noui Teſtamenti, nec non Angeli dicuntur portæ Ciuitatis cæleſtis apud S. Ioannem, ex reuelatione atq; relatione Angelica: idq́; ideo, quia in ciuitatem cæleſtem nemo intrare poteſt, niſi per fidem, & doctrinam, atque exemplar ſeu imitationem ſanctorum Patriarcharum, & Apoſtolorum, & per cuſtodiam atque adiutorium, miniſteriumq́ue ſanctorum Angelorum.

Oſeruatio.

SI tali occaſione, & ratione, tam duodecim Patriarchæ, quam Apoſtoli ſine iniuria, vel offenſione Chriſti, aut præiudicio portæ cæli vocantur ab ipſomet Euangeliſta Ioanne; & non poteſt ſolui, vel falſitatis erroriſue argui ſcriptura: quid vetat igitur, & cum alijs ſanctis beatis, imo & præ omnibus ſacroſanctam Virginem & Deiparam Mariam portam cæli quoq; agnoſcere, & appellare: quæ & ſola concepit & genuit Chriſtum, qui ſolus viam, & portam cæli aperuit ſua morte, ſuoq; ſanguine pro toto mundo effuſo: & ſola præ omnibus ſanctis gratia, & omni virtutum ſplendore plena, & ſingulare ac perfectiſsimum omnis ſanctitatis exemplar & ſpeculum fuit, & eſſe perſeuerat; & præter incitamenta & adiumenta ſalutis in Chriſto Filio conſequendæ, iam vltra mille quingentos annos in terris adhibita & relicta, ſuis

ſanctiſsimis, & efficaciſsimis, continuiſq; precibus (ex ſumma atq; inexhauſta miſericordia erga genus humanum, & ardentiſsimo noſtræ ſalutis deſiderio, proficiſcẽtibus) gratiam ſufficientem efficacemq́;, eiuſq; legitimum ac neceſſarium vſum, atq; exercitium perſeuerans, ſicq; acceſſum, & introitum ad Regnum cœlorum per Filium ſuum, ſollicitare & impetrare non ceſſat?

CAP. XXXVI.

Chrĩſtus ſalutem noſtram operatus eſt, & operatur.

PSal. 73. v. 12. Deus autem Rex noſter ante ſecula: *operatus eſt ſalutem in medio terræ.*

Eſa. 49. v. 6. Ecce dedi te in lucem Gentium, *vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.*

Act. 4. v. 12. Et *non eſt in alio aliquo ſalus.* Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, *in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

CAP. XXXVII.

Etiam homines ſuam ſalutem operari debent.

R*Om. 1. v. 16. Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem* omni credenti.

Rom 10. v. 10. *Corde enim creditur ad iuſtitiam,* ore autem fit cõfeſsio ad ſalutem.

2. *Cor* 7. *v* 10. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt,* pœnitentiam in ſalutem ſtabilem, operatur.

Phil. 2. *v.* 12. *Itaq; chariſsimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in præ-*

In præſentia mei tantùm, *ſed multo magis nunc in abſentia mea*, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

Heb. 5. v. 8. Et quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt obedientiam: & conſummatus, *factus eſt omnibus*, *obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis*.

Heb. 12. v. 28. Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam *ſeruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.* Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

1. Pet. 1. v. 9. *Reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum.* De qua ſalute exquiſierunt, atq; ſcrutati ſunt Prophetæ. Et. v. 13. Propter quod *ſuccincti lũbos mẽtis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam quam offertur vobis, gratiã,* in reuelationẽ Ieſu Chriſti: *quaſi filij obedientiæ*, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſiderijs: ſed ſecundum eum qui vocauit vos, ſanctum: *& ipſi in omni cõuerſatione ſancti ſitis:* quoniam ſcriptũ eſt: ſancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et ſi Patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus *in timore, incolatus veſtri tempore, conuerſamini.*

Declaratio.

CHriſtus in ara Crucis, in medio terræ, hoc eſt, prope Ieruſalem in monte Caluariæ ſeſe ipſum offerens Deo Patri pro redemptione & ſalute humani generis hoſtiam ſuauiſſimi odoris, operatus eſt, hoc eſt, promeruit ſalutem pro vniuerſo Mundo: & etiamnum operatur

tatur per gratiam, quam ſimul promeruit, in cordibus eorum à quibus ſuſcipitur, quique illi fideliter obtemperant; purificando, iuſtificando & ſanctificando eos, vt apti ſint, atque capaces ad ſalutẽ æternam percipiendam. Etſi autem precium ſalutis, ſolus perſoluerit, & ſolus promeritus eſt in cruce ſalutem, id eſt, vt ſaluari poſſint, ad vnum omnibus, abſque vllo hominum merito, imo ſine omni opera eorum vel cooperatione: tamẽ ad perſonalem, & partialem actualemque participationem & poſſeſſionem ſalutis in cruce generaliter omnibus ſufficientiſſimè & ſuperabundantiſſimè (ad Chriſtum quod attinet) promeritæ, hominum quoque, qui adulti ſunt, & rationis atque intellectus compotes requiritur fides, cooperatio & obedientia. Chriſtus enim non promeruit ſalutem, niſi obedientibus ſibi, vt inquit S. Paulus Heb. 5. v. 9. & quia obedientia illa; quæ prerequirit fidem, ſpem, & charitatem, legitimam perceptionem Sacramentorum; ab hominibus præſtari nequit propriis humanæ naturæ viribus: idcirco Chriſtus ſufficientẽ quoque gratiam, per quam præſtari poteſt, quod Deus exigit, vt per filium ſuum iuſtificemur & ſaluemur, ſimul in cruce promeritus eſt atque comparauit. Quando autem ea facit homo, quę re[illegible]iruntur à Deo, vt per Chriſtum iuſtificetur & ſaluetur: tunc dicitur quoque ſalutem operari ſuam: non quod primò, & ſuis viribus operetur: ſed quod per Chriſtum promeritam ſalutem in Cruce, ipſe præſtando per gratiam Dei, à Chriſto quoq; promeritã obediẽtiã, participet & conſequatur pro ſuamet perſona ſalutem

lutem æternam. Etſi autem nemo ſalutem ſuam operari, hoc eſt per fidei & pietatis opera eiuſdem participationē & poſſeſsionem nanciſci queat ſine merito & gratia Chriſti operāte, & cooperante: tamen ſicut pauper aliena pecunia ſibi commodata mercatum & lucrum faciens; lucrum quidem reuera facit, ſed non ſua propria, verum alterius commodata pecunia: ſic & Chriſtianus ſalutem quidem operatur ſuam: ſicut Scriptura, iubet & teſtatur fieri debere: ſed nō ſuis aut propriis viribus, verum Chriſti meritis, & gratia per Chriſtum nobis ſuo ſanguine comparata.

Obſeruatio.

VNde planum atque indubitatum eſt, Dei gratiæ & Chriſti meritis, vt initium, ita & progreſſum, atque incrementum, nec non perſeuerantiam iuſtitiæ & ſalutis noſtræ, principaliter tranſcribi atque acceptum ferri: contra Nouatores & Hæreticos noſtri ſeculi, qui Catholicis falſo & impudenter affingunt, quod ſuis viribus & operibus quicquam, absque Dei gratia, & Chriſti meritis tribuant.

CAP. XXXVII. Chriſtus nos ſaluat.

ESa. 33. v. v. 21. *Dominus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex* ..

CAP. XXXVII. Etiam homines ſemetipſos, & alios ſaluare dicuntur.

LVcæ 9. v. 24. *Qui enim voluerit animam* noſter:

noſter, *ipſe ſaluabit nos.*

Math.1.v.20. Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugē tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt, pariet autem Filium: & vocabis nomē eius Ieſum: *ipſe enim populum ſuum ſaluū faciet à peccatis eorum.*

Math.18.v.11. Venit enim Filius hominis, *ſaluare quod perierat.*

Lucæ 9. v. 55. Filius hominis non venit animas perdere, *ſed ſaluare.*

Lucæ 19.v.10. Venit enim Filius hominis quærere, *& ſaluum facere quod perierat.*

Io.3. v.17. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: *ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.*

mam ſuam ſaluam facere. perdet eam: nam qui perdiderit animā ſuam propter me, ſaluam faciet illam.

Lucæ 17. v. 32. Memores eſtote vxoris Loth. Quicumque quæſierit animā ſuam ſaluam facere perdet illam: & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam.

Rom. 11. v. 13. Quādiu quidē ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis.

1. Cor. 7. v. 16. Vnde enim ſcis Mulier, ſi virum ſaluum facies? *aut vnde ſcis vir,* ſi Mulierem ſaluam facies?

1. Cor. 9. v. 22. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.

1. Cor. 10. v. 32. ſine offenſione eſtote Iudais

Io. 10.v. 9. Ego ſum oſtium, *per me ſi quis introierit, ſaluabitur.*

Act. 4. v. 12 *Non eſt in alio aliquo ſalus.* Nec enim aliud nomen eſt ſub cęlo datum hominibus, *in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

1. Tim. 1. v. 15. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: *quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.*

Heb. 7. v. 25. Vnde & *ſaluare in perpetuũ poteſt*, accedentes per ſemetipſum ad Deum. *& Gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis*, vt ſalui fiant.

1. *Tim.* 4. *v.* 16. *Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis.* Hoc enim *faciens*, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.

2. Tim. 2. v. 10. Ideo omnia ſuſtineo propter electos, *vt & ipſi ſalutem conſequantur*, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cæleſti.

Iacob. 1. *v* 21 *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum*, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

Iacob. 5. v. 16. Orate pro inuicem, *vt ſaluemini.* Et v. 19. Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis illum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, *ſaluabit animam eius à morte*, & operiet multitudinem peccatorum.

1. Pet. 3. v. 21. Quod & vos nunc ſimilis formæ, *ſaluos facit baptiſma.*

Iudæ 1. v. 23. Et hos quidem arguite iudicatos: *illos vero ſaluate, de igne rapientes.*

Decla-

Declaratio

SOlus Chriſtus, verè, ac propriè ſuamet poteſtate, ſuoque merito ſaluat, & ſaluare poteſt & paratus eſt, omnes ſibi obedientes: Homines autem ſeipſos ſaluare quoque dicuntur, quando ea faciunt, quæ ad ſalutem per Chriſtum conſequendam, neceſſaria ſunt, & debitis medijs debitè ac legitimè vtuntur: ſaluant etiam alios, ſecundum phraſim mentemque ſcripturæ, quando pro aliorum ſalute ſedulo orant aut alios ad capeſſendum viam & media ſalutis ſecundum præſcriptum Dei & Catholicæ Eccleſiæ fidem ac declarationem, inſtruendo, monendo, rogando, aut alia pia occaſione & ratione inducunt, aut media ſalutis, ſacramenta ſcilicet, ex officio, piè digneque præparatis, adminiſtrant; vel ad eos perducunt, per quos ad fidem Catholicam, ad pænitentiam, ad Sacramenta ſæpius & rite percipienda, atque in via iuſtitiæ proficiendũ & perſeuerandum, inducuntur permouenturque: vel etiam ab hæreſi præſeruantur, aut ab illa, per ſolidam informationem, liberantur, & ad gremium Catholicæ Eccleſiæ, extra quam nemo ſaluatur, nec ſaluari poteſt reducuntur.

Obſeruatio.

SI ſaluare, ſecundum ſacram ſcripturam; quæ nec ſolui nec reprehendi poteſt; dicuntur qui non ſolum docendo, monendo, hortando, conuertendo; ad conciones catholicas, aut in catholica fide explicanda & probanda promptos atq; exercitatos ducendo, aut ſimili via vel ratione ad ſalutem

ſalutem promouendo adiuuant, & ſalutis ſunt ſecundariæ vel acceſſoriæ, aut occaſionales cauſſæ: ſed etiam, qui oratione, vel interceſſione ſua alijs gratiam conuerſionis, vel iuſtitiæ, perſeuerantiæq́ à Deo per Chriſtum impetrant, & vt ſaluentur orando ſuo modo efficiunt, etiam adhuc in terris mortales, & plerumq́ peccatores: quare non magis ſancti in cælo, & potiſsimum ſacroſancta & ter beatiſsima Virgo Maria idipſum præſtare poterunt? Si ſaluant, qui ſalutem aut eius media impetrant; quare non etiam à vinculis peccatorum ſoluunt ſimili ſenſu, qui gratiam pænitentiæ & conuerſionis orando obtinent? Si pauperes ſuos benefactores ſuſcipiunt in æterna tabernacula, prout Chriſtus ipſemet teſtatur; & pollicetur Lucæ. 16: v: 9. quia videlicet orationib. à Deo hoc impetrant, vel Deus propter pauperes operibus miſericordiæ adiutos, dantes ex vera charitate eleemoſynas, in cælum ſuſcipit: quare non licebit, ſecundum exemplar & ſenſum S: ſcripturæ, ad SS. Deiparam dicere: ſolue vincla reis: profer lumen cæcis: mala noſtra pelle: in hora mortis ſuſcipe: Ieſum poſt mortẽ oſtende: mites fac & caſtos: & quotquot ſimiles phraſes in precibus vel ad illam, vel ad alios ſanctos ab Eccleſia & Catholicis vſurpantur: hoc videlicet ſenſu; vt ſuis precibus illa nobis obtineant, aut poteſtate à Deo per Chriſtum accepta, tanquam ſecundariæ aut inſtrumentales cauſſæ largiantur & diſtribuant, participeſue efficiant?

CAP. XXXVIII.

Chriſtus nobis vitam æternam promeruit, & locum in cælo parauit.

LVcæ 22. v. 29. *Ego diſpono vobis*, ſicut diſpoſuit mihi Pater Regnum.

Io. 6. v. 52. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita.

Io. 10. v. 11. Ego veni, vt *vitam habeant & abundantius habeant.* Et v. 9. Ego ſum oſtium, *per me ſi quis introierit ſaluabitur.*

Io. 14. v. 2. *Vado parare vobis locum.* Et ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad meipſum.

CAP. XXXVIII.

Homines etiam ipſimet ſibi regnum cælorum comparare, & vitam æternam vt mercedem, brauium, & coronã gloriæ promereri debent.

PSal. 14. v. 1 *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* qui iningreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

Pſal. 60. *v.* 6. *Dediſti hereditatem*, timentibus nomen tuum.

Pſal. 61. v. 12. *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui; quia poteſtas Dei eſt, & tibi miſericordia:* quia tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua.

Et

Et v. 6. Ego ſum via, veritas & vita: *nemo venit ad Patrem, niſi per me.*

Act. 4. v. 12. *Non eſt in alio aliquo ſalus.* Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

Rom. 5. v. 1. Iuſtificati ergo ex fide, pacē habeamus ad Deum per Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum: *per quem & habemus acceſſum in gratiam iſtā,* in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Et v. 8. Commēdat autē charitatem ſuam Deus in nobis: quoniā cū adhuc peccatores eſſemus, ſecundū tempus Chriſt⁹ pro nobis mortuus eſt: *multo magis nūc iuſtificati in ſāguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſū* Si: n. cū inimici eſſemus, recōciliati ſumus Deo, per

Math. 5. v. 7. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Et v. 10 Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam,* quoniam ipſorum eſt regnū cælorū.

Et v. 12. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. *Et v. 20. dico enim vobis,* quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra *pluſquam Scribarum & Phariſæorum,* non in intrabitis in regnum cælorum.

Math. 6. v. 3. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. *Sic & de oratione, v. 6. & de ieiunio v. 1*[illegible]*liter ait:* reddet tibi.

Math: 7. v. 13. Intrate per anguſtam portā: *quia lata porta, & ſpa-*

 mortem

mortẽ Filij eius: multò magis reconciliati, *ſalui erimus in vita ipſius.*

Et v.17. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnũ: multo magis abundantiã gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipiẽtes, in vita *regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.*

1. Cor.15.v.22. Et ſicut in Adam omnes moriuntur; *ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.*

Heb.9.v.12. Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta *æterna redemptione inuenta.* Et v.15. Et ideo noui Teſtamenti Mediator eſt, *vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum*, quæ erant ſub priori Teſtamento, *repromiſſionem accipiant,* [illegible] *vocati ſunt æternæ hæreditatis.*

Heb.10 v.19. Habẽtes igitur fratres fiduciam, *in introitu ſanctorum*

tioſa via eſt, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui intrant per eã. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt eã.

Et v. 21. *Non omnis qui dicit mihi* Domine *Domine, intrabit in regnũ cælorum:* ſed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.

Math.11.v.12. A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnũ cęlorum vim patitur, *& violenti rapiunt illud.* Et v. 29. *Tollite iugum meum ſuper vos*, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: *& inuenietis requiem animabus veſtris.*

Math.16.v.25. Qui perdiderit animam ſuam propter me, *inueniet eam.* Et v. 27. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum

ctorũ in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei.

Angelis ſuis : *& tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.*

Math. 18. *v.* 3. *Amen dico vobis*, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. *Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.*

Matth. 19 v. 17. Si vis ad vitam ingredi *ſerua mandata*. Et. v. Si vis perfectus eſſe, vade vende quæ habes, & da pauperibus & *habebis theſaurum in cælo.*

Math 20. v. 8. Voca *operarios, & redde illis mercedem.*

Math. 25. v. 10, *Quæ parata erant*, intrauerunt cum eo ad nuptias. Et v. 21. Et ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, *quia ſuper pauca fuiſti fidelis*, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Et v. 34. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: *eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.*

Marci. 10. v 15. Amen dico vobis: *Quiſquis non receperit regnum Dei, ſicut paruulus, non intrabit in illud.* Et v. 29. Amen dico vobis: Nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut Patrem, aut Matrem aut filios aut agros propter me & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, *& in ſeculo futuro vitam æternam.*

Lucæ. 6. v. 38. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, *remetietur vobis.*

Lucæ. 9 v. 24. Qui perdiderit animam ſuam propter me, *ſaluam faciet illam.*

Lucæ. 10. v. 8. Dignus *eſt operarius mercede ſua.*

Lucæ. 20. v. 35. Illi vero *qui digni habebuntur* ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis.

Lucæ. 3. v. 5. Amen amen dico tibi: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

Io. 5. v. 28. Nolite mirare hoc, quia venit hora in quia omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei: *& procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ:* qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

Io. 8. v. 51. Amen amen dico vobis: *ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum.*

Io. 10. v. 27. Oues meæ *vocem meam audiunt* & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: *& ego vitam æternam do eis.*

Io. 12. v. 25. Qui amat animam ſuam perdet eã & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.* Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

Io. 15. v. 14. Vos Amici mei eſtis, *ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.*

Act 10. v. 34. Aperiens autem Petrus os ſuum dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente *qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*

Act.

Act. 14 v. 21. Quoniam *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum* Dei.

Rom. 2. v. 4. An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis? *ignoras quoniam benignitas Dei te ad pænitētiam adducit.* Secundum autem duritiem tuam, & impenitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & & reuelationis iuſti iudicij Dei, *qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius*: ijs quidem, *qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam*: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credūt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum Iudæi primum & Græci: *gloria autem & honor & pax omni operanti bonum,* Iudæo primum & Græco: *non enim acceptio perſonarum apud Deum.*

Rom. 6. v. 4. conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis, per gloriam Patris, *ita & non in nouitate vitæ ambulemus.* Et. v. 8. *Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum eo.* Et. v. 22. Nunc vero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, *finem vero vitam æternam.*

Rom. 8. v. v 13 Si ſecundum carnem vexeritis moriemini: *ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur hi ſunt Filij Dei. Et v. 17. Si autem Filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: *ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.*

Rom.10.v.10. Corde enim creditur ad iuſtitiam: *ore autē confeſſio fit ad ſalutem.* Et v.13. Omnis enim *qui inuocauerit nomē Domini ſaluus erit.*

1. Cor. 2. v. 9. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, *quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.*

1. Cor.3. v. 8. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet*, ſecundum ſuum laborem. Et v.14. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, *mercedem accipiet.*

1. Cor. 9. v. 24. Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem curruut, ſed vnus accipit brauium. *Sic currite vt comprehendatis.* Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: *nos autem incorruptam.*

2. Cor. 4. v. Quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate *æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Gal.6.v.7. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, *de ſpiritu metet & vitam æternam.* Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.

Philip.2.v.12. Cum metu & tremore *ſalutem veſtram operamini.*

Philip. 3. v. 8. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam IESV CHRISTI Domini mei: propter quam omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo

in illo non habēs meā iuſtitiam quæ ex lege eſt ſed illā quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti: quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illū, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionis illius: *configuratus morti eius*; ſi quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis: non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim: *ſequor autem ſi quo modo comprehendam*, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem: quę quidem [illegible]tro ſunt obliuiſcens ad ea verò quæ ſunt pr[illegible], *extendens meipſum, ad deſtinatum perſequ*[illegible] *brauium ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu.*

Col. 3. v. 23. Quodcunque facitis ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus: *ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.*

2. Theſſ. 1. v. 3. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignum eſt: quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicē, ita vt & nos ipſi gloriemur in Eccleſiis Dei pro patientia veſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, *vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem eis qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cælo, cum Angelis virtutis eius.*

1. Tim. 6. v. 12. *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam*, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.

cum metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

Iacob. 1. v. 12. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam *cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.*

Iacob. 2. v. 13. Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudiciũ. *Quid proderit fratres ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid fides poterit ſaluare eum?*

1. Pet. 1. v. 17. Et ſi Patrem inuocatis eum, *qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſq; opus*: in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.

2. Pet. 1. v. 5. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. *Hæc enim ſi vobiſcum adſint & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manutentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera, certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum Regnum Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti.*

1.Io.2.v.17. Et mundus tranſit & concupiſcentia eius. *Qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum.* Et.v.25. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

2.Io.1.v.8. videte voſmetipſos ne perdatis quæ operati eſtis: *ſed vt mercedem plenam accipiatis.*

Ap.2.v.7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*, quod eſt in paradiſo Dei mei. Et v.11. *Qui vicerit non lædetur à morte ſecunda.* Et v.17. *Vincenti dabo manna abſconditum*, & dabo illi calculum candidum. Et v.26. Et *qui vicerit, & cuſtodierit vſq; in finem opera mea*, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

Ap.3.v.4. Sed habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: *& ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis*, & non delebo nomē eius de libro vitæ, & confitebor nomē eius corā Patre meo & corā Angelis eius. Et.v.10. *Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis*, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare habitantes in terra. Ecce venio cito: tene quod habes, *vt nemo accipiat coronam tuam Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei*, & foras non egredietur amplius: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen Ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo, à Deo meo, & nomen meum nouum. Et v.21. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecū in throno meo*: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.

Ap.7.

Ap. 7. v. 13. Et reſpondit vnus de Senioribus, & dixit mihi: Hi qui ſunt amicti ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit illi Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, *& lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni*: ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos: non eſurient neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos Sol, neque vllus æſtus: quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Ap. 14. v. 12. Hic *patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu*. Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iã dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: *opera enim illorum ſequuntur eos*.

Ap. 16. v. 15. Ecce veni ſicut fur, *Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua*, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Ap. 22. v. 11. Qui iuſtus eſt, *iuſtificetur adhuc & ſanctus ſanctificetur adhuc*. Ecce venio cito, *& merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua*. Ego ſum α & ω, primus & nouiſſimus, principium & finis. *Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ*, & per portas intrent in ciuitatem.

Declaratio

CHriſtus & ſolus Chriſtus per ſacrificium Crucis, & ſua amariſſima Paſſione ſanguiniſque

guiniſque pretioſiſſimi effuſione æternam redemptionem inuenit, cęlum aperuit, & bonum ibidem omnibus parauit: hoc omnibus obtemperantibus ſibi & voluntatem Patris facientibus, ſufficientiſſimè & exuberantiſſimè redemptionem æternam, apertionem cæli (per inobedientiam primi hominis eouſque clauſi) & locum in regno cælorum promeruit.

Actu tamen nemo redimitur, nemo vitam æternam conſequitur, neque locum in Regno cælorum poſſeſſoriè accipit, niſi non ſolùm prius homo factus & per baptiſmum ſit regeneratus, ſed & (modo rationis compos fuerit) illa præſtiterit reipſa, per fidem charitate formatam quę Deus iure meritoque exigit, vt illa pro ſe ſuaq; perſona realiter conſequatur, quæ Chriſtus in Cruce ad vnũ omnib. certis tamẽ & iuſtis conditionibus ſufficientiſſimè & generaliter promeruit & meritoriè præparauit.

Inſtruxit Chriſtus ſuis meritis in Cruce, Cœnam illam magnam, in qua omnia parata ſunt, & nihil deeſt, quæ ad illam meritò requiruntur, vel requiri poſſunt. Quando tamen, & quãdiu deeſt hominum pia voluntas, & voluntatis per debitam obedientiam exequutio requiſita: idcirco, & tamdiu deeſt etiam, non cœnæ ipſi aliquid quo ad ſe, ſed eiuſdem communis & participatio, quo ad homines inuitatos atque vocatos ad illam: qui defectus non cœnæ, aut illi qui cænam, maximo precio, maximiſque ſumptibus ſufficientiſſimè inſtruxit, ſed illis venit imputandus, qui ad Cænam non veniunt, cum tali præparatione & veſtitu, qualis meritò ab illis ac iuſtiſſimè requiritur.

Quando autem, & quicunque præſtant, quæ

DEVS requirit & exigit, ad participanda merita dilecti Filij ſui, ad realem ſalutis participationem & poſſeſſionem æternam: tunc dicuntur implere, quæ Chriſti paſsionibus deſunt, non quo ad meritum, ſed quo ad executionem & participationem: quo ſenſu & S. Paulus dicit, ſe adimplere quæ deſunt paſſionum Chriſti: quatenus videlicet Euangelium prædicando, & homines ad illud audiendum, illique obtemperandum (tam quo ad gratiæ, per debita media, perceptionem; tam quo ad illius bonum vſum, & exercitium legitimum atque neceſſarium) inſtructionibus, exhortationibus, & perſuaſionibus inducendo, ſicque ad ſalutis viam, & conſecutionem promouendo: executionem, atque finalem effectum meritorum Chriſti miniſterialiter adimpleuit in illis, qui per Euangelium, quod ipſe non ſine labore & paſsionibus prædicabat, ſalui fiebant. Verba eius non pigebit ad longum adſcribere quæ habentur Coloſſ. 1. v. 24. *Qui nunc*, inquit, *gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionũ Chriſti, in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia: cuius factus ſum ego Miniſter ſecundũ diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, vt impleã verbũ Dei: myſteriũ, quod abſconditũ fuit à ſeculis & generationib., nunc autẽ manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in Gẽtibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ, quẽ nos annunciamus, corripientes omnem hominem, in omni ſapientia vt exhibeamus omnẽ hominẽ perfectũ in Chriſto Ieſu; in quo & laboro, certãdo ſecũdũ operationẽ eius, quã operatur in me in virtute.*

Quia vero Deus, vt ius Regni, & hæreditatis cæleſtis, propter Chriſtum, ſuſcipientibus baptiſmum, gratis donat per regenerationem & adoptionem in filios: ita ab adultis exigit, vt quod iure adoptionis gratis acceperunt in ſpe, etiam tanquam mercedem, brauium, & coronam, ex liberali eius, & conditionata promiſſione reuera mereantur, ſicque etiam digni Deo & vita æterna efficiantur: idcirco qui in vinea Dei vſque ad veſperam legitimè, & ſecundum Dei præſcriptum fideliter laborant, Regni Dei poſſeſſionem, ſeu vitam æternam vt iuſtam mercedem: qui vero indefeſſè, & feſtinanter, atque perſeueranter currunt in vijs mandatorum Dei & per veſtigia Chriſti, vt brauium: qui autem contra hoſtes ſalutis, carnem, mundum & diabolum, fortiter pugnando, legitimeque certando, & carnem ſuam crucifixerint, quo ad carnalia deſideria & opera carnis, & mundum, atque diabolum vicerint & ſuperauerint, ſicuti immarceſſibilē gloriæ coronā, nō aſſequi modo & participare, ſed etiam promereri dicuntur, & digni Deo regnoque cæleſti ab ipſomet Deo habentur atque cenſentur, vti ex ſcripturis ſecundo allegatis clariſſimè patet, & colligi poteſt:

Non tamen ex nobis, aut noſtris viribus mereri poſſumus quicquam, ſed tantū per Dei gratiam, quam nobis Chriſtus quoque ſua paſſione promeruit, & propter liberalem eius promiſſionem, veraciter vitam æternam, laborando, vt mercedem currendo vt brauium, & pugnando atque vincendo vt coronam promeremur, ſecundum Sacræ Scripturæ apertiſſimū

& in-

teſtimonium. Vt enim ſcriptum eſt: ſine me nihil poteſtis facere Io.15 v. 5. & non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis 2.Cor.3.v.5. &, nõ eſt volẽtis neq; currentis, ſed miſerẽtis Dei. Rom. 9. v.16: ita rurſus ſcriptum eſt: viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Pſal: 118. v.32: &, omnia poſſibilia ſunt credenti. Marci. 9. v. 22 &: ſufficientia noſtra ex Deo eſt 2. Cor 3. v. 5. & omnia poſſum in eo qui me confortat. Philip. 4. v.14.

Gratia igitur Dei eſt, vita æterna, vt inquit S. Paulus. Ro.6.v.23. quia videlicet per Chriſtũ nobis, ſine nobis promerita; & per Patrẽ propter Chriſtum liberaliter promiſſa vt hæreditas; & quia adoptio in filios gratuito facta; & prima iuſtificationis gratia, gratis & ſine noſtris meritis data: & denique quia ſine ſpeciali gratia & cooperatione Dei, nihil facere, aut cogitare poſſumus quod ad vitam æternam conſequendam queat prodeſſe. Nec tamen, in adultis maximè, vita æterna ita eſt gratia, vt nihil à nobis præterea requiratur, ſed quia omnium bonorum operum & meritorum noſtrorum, gratia Dei, per Chriſtum promerita, & fons & origo, & cauſſa eſt principalis, atque initium, & incrementum, atque perſeuerantiam bonorum operum, non niſi per gratiam habere vel expectare poſſumus. Hinc S. Paulus expreſsè teſtatur, quod Deus operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate, Philip. 2. v. 13. Ne tamen quis putaret Deum ſolum in nobis ſine noſtra cooperatione operari; præmittit: cum metu & tremore ſalutem veſtrã operamini: & ſubiungit: Omnia autem facite ſine murmu-

X ratio-

318

rationibus, & hæſitationibus: vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei; ſine reprehenſione in medio nationis prauæ, & peruerſæ. Et iterum alibi.1.Cor.15.v.10.cũ dixiſſet, Gratia Dei ſum id quod ſum: ſtatim addit: & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem (videlicet ſolus, vel principaliter) ſed gratia Dei mecum.

Ex quibus planiſſimum eſt, & omne noſtrum meritum ex gratia Dei deriuari: & gratiam Dei tunc eſſe & dici vitam æternam, tanquam cauſſam videlicet principalem, quando illa benè vſi fuerimus ſecundum Dei præſcriptum & voluntatem, & per illam, ſecundum ſtatum, & vocationem noſtram fideliter laborauerimus cum S.Paulo, & illam apud nos vacuã eſſe paſſi non ſumus, ſed prout alibi monet, regnum immobile ſuſcipientes, per gratiam quam habemus à Deo, ſeruierimus placentes Deo, cum metu & reuerentia. Heb.12.v.29: & proſpiciamus atque contemplemur diligenter, ne quis deſit gratię Dei. Heb. 12. v. 15: neque in vacuum illam recipiamus. 2. Cor.6.v.1. neue illam quæ in nobis eſt vllo pacto negligere velimus; 1. Tim.4.v.14: ſed potius eam reſuſcitemus. 2. Tim 1.v.6: & illam in vſum atque obſequium Dei ac Domini noſtri, vt boni & fideles ſerui, elocemus. Math.25.v.21. necnon eandem, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, prout par eſt atque oportet, adminiſtremus. 1. Pet. 4.v.10.

Oſeruatio.

QVia igitur vitam æternam, quam iure adoptionis & filiorum Dei gratis habeamus in ſpe,

ſpe, etiam vt mercedem, brauium, & coronam (quando ætatem & tempus habemus) per Dei gratiam, à Chriſto ſimul redemptis promeritam, mereri & poſſumus, & debemus: conſtat vtiq;, omnem vim & energiam meritorum noſtrorum, principaliter in Dei gratia, & Chriſti meritis eſſe fundatam atque collocatam: ſicq; per noſtra merita, quæ gratiæ Dei per Chriſtum promeritæ, cooperantes, comparamus, nihil vel Dei gratiæ vel Chriſti meritis derogari: ſed potius gratiam Dei, & Chriſti meritum per illa & manifeſtari, & commendari, & clarificari plurimum: quando videlicet, & virtus Dei, & Chriſti meritum in noſtra infirmitate & operatur & perficitur: & Deus non tam opera noſtra, quam ſua dona, imo ſuamet opera, quæ in nobis, ſed non ſine nobis noſtraq; cooperatione, operatus fuit, vt liberalis, & fidelis, promiſſor, & iuſtus ſimul iudex æternaliter coronat.

CAP. XXXIX.

Chriſtus eſt Saluator noſter, adeoque totius Mundi.

ESa. 45. v. 8. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, *& germinet Saluatorem.*

CAP. XXXIX.

Etiam alij vocãtur Saluatores ſui, & aliorum.

GEn. 41. v. 45. Ioſeph *vocatur Saluator Mundi.*

Iudicum 3. v. 9. Clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit

cum metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.

Iacob. 1. v. 12. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam *cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.*

Iacob. 2. v. 13. Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudiciũ. *Quid proderit fratres ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid fides poterit ſaluare eum?*

1. Pet. 1. v. 17. Et ſi Patrem inuocatis eum, *qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſq; opus:* in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.

2. Pet. 1. v. 5. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. *Hæc enim ſi vobiſcum adſint & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manutentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera, certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum Regnum Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti.*

1.Io.2.v.17. Et mundus tranſit & concupiſcentia eius. *Qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum.* Et.v.25. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

2.Io.1.v.8. videte voſmetipſos ne perdatis quæ operati eſtis: *ſed vt mercedem plenam accipiatis.*

Ap.2 v.7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*, quod eſt in paradiſo Dei mei. Et v.11. *Qui vicerit non lædetur à morte ſecunda.* Et v.17. *Vincenti dabo manna abſconditum*, & dabo illi calculum candidum. Et v.26. Et *qui vicerit, & cuſtodierit vſq; in finem opera mea*, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam.

Ap.3.v.4. Sed habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: *& ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis*, & non delebo nomē eius de libro vitæ, & confitebor nomē eius corā Patre meo & corā Angelis eius. Et.v.10. *Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis*, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare habitantes in terra. Ecce venio cito: tene quod habes, *vt nemo accipiat coronam tuam Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei*, & foras non egredietur amplius: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen Ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo, à Deo meo, & nomen meum nouum. Et v.21. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecū in throno meo*: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.

Ap.7.

Ap. 7. v. 13. Et reſpondit vnus de Senioribus, & dixit mihi: Hi qui ſunt amicti ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit illi Domi- mine mi, tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, *& lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni*: ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos: non eſurient neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos Sol, neque vllus æſtus: quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Ap. 14. v. 12. Hic *patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu*. Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iã dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: *opera enim illorum ſequuntur eos*.

Ap. 16. v. 15. Ecce veni ſicut fur, *Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua*, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Ap. 22. v. 11. Qui iuſtus eſt, *iuſtificetur adhuc & ſanctus ſanctificetur adhuc*. Ecce venio cito, *& merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua*. Ego ſum α & ω, primus & nouiſſimus, principium & finis. *Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ*, & per portas intrent in ciuitatem.

Declaratio

CHriſtus & ſolus Chriſtus per ſacrificium Crucis, & ſua amariſſima Paſſione ſanguiniſque

guiniſque pretioſiſſimi effuſione æternam redemptionem inuenit, cęlum aperuit, & bonum ibidem omnibus parauit: hoc omnibus obtemperantibus ſibi & voluntatem Patris facientibus, ſufficientiſſimè & exuberantiſſimè redemptionem æternam, apertionem cæli (per inobedientiam primi hominis eouſque clauſi) & locum in regno cælorum promeruit.

Actu tamen nemo redimitur, nemo vitam æternam conſequitur, neque locum in Regno cælorum poſſeſſoriè accipit, niſi non ſolùm prius homo factus & per baptiſmum ſit regeneratus, ſed & (modo rationis compos fuerit) illa præſtiterit reipſa, per fidem charitate formatam quę Deus iure meritoque exigit, vt illa pro ſe ſuaq; perſona realiter conſequatur, quæ Chriſtus in Cruce ad vnũ omnib. certis tamẽ & iuſtis conditionibus ſufficientiſſimè & generaliter promeruit & meritoriè præparauit.

Inſtruxit Chriſtus ſuis meritis in Cruce, Cœnam illam magnam, in qua omnia parata ſunt, & nihil deeſt, quæ ad illam meritò requiruntur, vel requiri poſſunt. Quando tamen, & quãdiu deeſt hominum pia voluntas, & voluntatis per debitam obedientiam exequutio requiſita: idcirco, & tamdiu deeſt etiam, non cœnæ ipſi aliquid quo ad ſe, ſed eiuſdem communis & participatio, quo ad homines inuitatos atque vocatos ad illam: qui defectus non cœnæ, aut illi qui cænam, maximo precio, maximiſque ſumptibus ſufficientiſſimè inſtruxit, ſed illis venit imputandus, qui ad Cænam non veniunt, cum tali præparatione & veſtitu, qualis meritò ab illis ac iuſtiſſimè requiritur.

Quando autem, & quicunque præſtant, quæ

DEVS requirit & exigit, ad participanda merita dilecti Filij ſui, ad realem ſalutis participationem & poſſeſſionem æternam: tunc dicuntur implere, quæ Chriſti paſsionibus deſunt, non quo ad meritum, ſed quo ad executionem & participationem: quo ſenſu & S. Paulus dicit, ſe adimplere quæ deſunt paſſionum Chriſti: quatenus videlicet Euangelium prædicando, & homines ad illud audiendum, illique obtemperandum (tam quo ad gratiæ, per debita media, perceptionem; tam quo ad illius bonum vſum, & exercitium legitimum atque neceſſarium) inſtructionibus, exhortationibus, & perſuaſionibus inducendo, ſicque ad ſalutis viam, & conſecutionem promouendo: executionem, atque finalem effectum meritorum Chriſti miniſterialiter adimpleuit in illis, qui per Euangelium, quod ipſe non ſine labore & paſsionibus prædicabat, ſalui fiebant. Verba eius non pigebit ad longum adſcribere quæ habentur Coloſſ. 1. v. 24. *Qui nunc*, inquit, *gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paßionũ Chriſti, in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia: cuius factus ſum ego Miniſter ſecundũ diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, vt impleã verbũ Dei: myſteriũ, quod abſconditũ fuit à ſeculis & generationib., nunc autẽ manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in Gẽtibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ, quẽ nos annunciamus, corripientes omnem hominem, in omni ſapientia vt exhibeamus omnẽ hominẽ perfectũ in Chriſto Ieſu; in quo & laboro, certãdo ſecũdũ operationẽ eius, quã operatur in me in virtute.*

Quia vero Deus, vt ius Regni, & hæreditatis cæleſtis, propter Chriſtum, ſuſcipientibus baptiſmum; gratis donat per regenerationem & adoptionem in filios: ita ab adultis exigit, vt quod iure adoptionis gratis acceperunt in ſpe, etiam tanquam mercedem, brauium, & coronam, ex liberali eius, & conditionata promiſſione reuera mereantur, ſicque etiam digni Deo & vita æterna efficiantur: idcirco qui in vinea Dei vſque ad veſperam legitimè, & ſecundum Dei præſcriptum fideliter laborant, Regni Dei poſſeſſionem; ſeu vitam æternam vt iuſtam mercedem: qui vero indefeſſè, & feſtinanter, atque perſeueranter currunt in vijs mandatorum Dei & per veſtigia Chriſti, vt brauium: qui autem contra hoſtes ſalutis, carnem; mundum & diabolum, fortiter pugnando, legitimeque certando, & carnem ſuam crucifixerint, quo ad carnalia deſideria & opera carnis, & mundum; atque diabolum vicerint & ſuperauerint, ſicuti immarceſſibilē gloriæ coronā; nō aſſequi modo & participare, ſed etiam promereri dicuntur, & digni Deo regnoque cæleſti ab ipſomet Deo habentur atque cenſentur, vti ex ſcripturis ſecundo allegatis clariſſimè patet, & colligi poteſt.

Non tamen ex nobis, aut noſtris viribus mereri poſſumus quicquam, ſed tantū per Dei gratiam, quam nobis Chriſtus quoque ſua paſſione promeruit, & propter liberalem eius promiſſionem, veraciter vitam æternam, laborando, vt mercedem currendo vt brauium, & pugnando atque vincendo vt coronam promeremur, ſecundum Sacræ Scripturæ apertiſſimū & in-

teſtimonium. Vt enim ſcriptum eſt: ſine me nihil poteſtis facere Io.15 v. 5. & non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis 2.Cor.3.v.5. &, nõ eſt volẽtis neq; currentis, ſed miſerẽtis Dei. Rom. 9. v.16: ita rurſus ſcriptum eſt: viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Pſal: 118. v.32: &, omnia poſſibilia ſunt credenti. Marci. 9. v. 22 &: ſufficientia noſtra ex Deo eſt 2. Cor 3. v. 5. & omnia poſſum in eo qui me confortat. Philip. 4. v.14.

Gratia igitur Dei eſt, vita æterna, vt inquit S. Paulus. Ro.6.v.23. quia videlicet per Chriſtũ nobis, ſine nobis promerita; & per Patrẽ propter Chriſtum liberaliter promiſſa vt hæreditas; & quia adoptio in filios gratuito facta; & prima iuſtificationis gratia; gratis & ſine noſtris meritis data: & denique quia ſine ſpeciali gratia & cooperatione Dei, nihil facere, aut cogitare poſſumus quod ad vitam æternam conſequendam queat prodeſſe. Nec tamen, in adultis maximè, vita æterna ita eſt gratia, vt nihil à nobis præterea requiratur, ſed quia omnium bonorum operum & meritorum noſtrorum, gratia Dei, per Chriſtum promerita, & fons & origo, & cauſſa eſt principalis, atque initium, & incrementum, atque perſeuerantiam bonorum operum, non niſi per gratiam habere vel expectare poſſumus. Hinc S. Paulus expreſsè teſtatur, quod Deus operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate, Philip. 2. v. 13. Ne tamen quis putaret Deum ſolum in nobis ſine noſtra cooperatione operari; præmittit: cum metu & tremore ſalutem veſtrã operamini: & ſubiungit: Omnia autem facite ſine murmu-

ſpe, etiam vt mercedem, brauium, & coronam (quando ætatem & tempus habemus) per Dei gratiam, à Chriſto ſimul redemptis promeritam, mereri & poſſumus, & debemus: conſtat vtiq́; omnem vim & energiam meritorum noſtrorum, principaliter in Dei gratia, & Chriſti meritis eſſe fundatam atque collocatam: ſicq́; per noſtra merita, quæ gratia Dei per Chriſtum promerita, cooperantes, comparamus, nihil vel Dei gratiæ vel Chriſti meritis derogari: ſed potius gratiam Dei, & Chriſti meritum per illa & manifeſtari, & commendari, & clarificari plurimum: quando videlicet, & virtus Dei, & Chriſti meritum in noſtra infirmitate & operatur & perficitur: & Deus non tam opera noſtra, quam ſua dona, imo ſuamet opera, quæ in nobis, ſed non ſine nobis noſtraq́; cooperatione, operatus fuit, vt liberalis, & fidelis, promiſſor, & iuſtus ſimul iudex æternaliter coronat.

CAP. XXXIX.

Chriſtus eſt Saluator noſter, adeoq́ue totius Mundi.

ESa. 45. v. 8. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, *& germinet Saluatorem.*

CAP. XXXIX.

Etiam alij vocãtur Saluatores ſui, & aliorum.

GEn. 41. v. 45. Ioſeph *vocatur Saluator Mundi.*

Iudicum 3. v. 9. Clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit

Eſa. 51. v. 5. Prope eſt iuſtus meus, *egreſſus eſt Saluator meus.*

Lucæ 2. v. 10. Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: *quia natus eſt vobis hodie Saluator*, qui eſt Chriſtus Dominus, in Ciuitate Dauid.

Io. 4. v. 42. Ipſi enim audiuimus & ſcimus, *quia hic eſt verè Saluator Mundi*

Act. 5. v. 31 Hunc *Principem & Saluatorem*, Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pęnitentiā Iſraeli, & remiſſionē peccatorum.

Act 13. v. 13. Huius Deus ex ſemine ſecūdum promiſſionem eduxit *Iſrael Saluatorē Ieſum.*

Eph. 5. v. 23. Chriſtus Caput eſt Eccleſiæ, *ipſe Saluator corporis eius.*

Philip. 3. v. 20. Noſtra autem conuerſatio eſt in cælis: *vnde* eis Saluatorem, *& liberabit eos.*

4. *Reg.* 13. *v.* 4. *Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ: &* dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, *& liberatus eſt de manu Regis Syriæ.*

2. *Eſdræ* 9. *v.* 27. *Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas*, dediſti eis Saluatores, *qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum.*

Lucæ 7 *v.* 50. *Fides tua*, te ſaluam fecit.

Lucæ 9. *v.* 24. *Qui perdiderit animam ſuam propter me*, ſaluam faciet illam.

Rom. 11. *v.* 13. *Miniſterium meum honorificabo, ſi quomodo ad æmulandū prouocē carnē meam*, & ſaluos faciā aliquos ex illis.

etiam

etiam Saluatorem exſpectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

1. Tim. 2. v. 3. Hoc enim bonum eſt, & acceptum, *coram Saluatore noſtro Deo.*

1. Tim. 4. v. 10. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum, *qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium.*

2. Tim. 1. v. 10. Manifeſtata eſt nunc, *per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*

Tit. 1. v. 3. Quæ credita eſt mihi *ſecundũ præceptum Saluatoris noſtri Dei.*

Tit. 2. v. 11. Apparuit enim *gratia Dei Saluatoris noſtri*, omnibus hominibus. Et v. 10. Vt *doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.*

Et v. 13. Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, *& Saluatoris*

1. Cor. 9. v. 22. Omnibus omnia factus ſum, *vt omnes facerem ſaluos.*

1. Cor. 10. v. 33. *Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis*, vt ſalui fiant.

1. *Tim.* 4. *v.* 16. *Attende tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens*, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.

2. *Tim.* 2. *v.* 10. *Ideo omnia ſuſtineo propter electos*, vt & ipſi ſalutem conſequantur, *quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cæleſti.*

Iacob. 5. *v.* 15. *Oratio fidei* ſaluabit infirmum.

Et v. 16. *Orate pro inuicem*, vt ſaluemini.

1. *Pet.* 3. *v.* 19. *In quo & his qui in carcere erant, ſpiritibus veniens prædicauit: qui*

 noſtri

noſtri Ieſu *Chriſti.*

Tit.3. v.4. Cum autem benignitas & humanitas *apparuit Saluatoris noſtri Dei*: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè, *per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.*

2. Pet. 1. v. 11. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum *Regnũ Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti.*

2. Pet. 2. v. 20. Si enim refugientes coinquinationes mundi, *in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti*, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora priorib.

increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur Arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſaluę factæ ſunt per aquam.

Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma: *non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, per reſurrectionem* IESV *Chriſti.*

Iudæ 1. *v.* 20. *Vos autem chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos*: illos vero ſaluate, de igne rapientes.

1. Io. 4. v. 14. Et nos vidimus & teſtificamur, *quoniam Pater miſit Filium ſuum, Saluatorem Mundi.*

Decla-

Declaratio.

CHriſtus verus, realis, & vnicus eſt Saluator noſter adeoque totius mundi, quatenus toti humano generi per mortem ſuam & precio ſanguinis ſui vitam æternam & ſalutem quantum in ſe & neceſſarium fuit mercatus eſt apud Patrem cæleſtem, & ſimul quoque media ſalutis, hoc eſt, remiſſionem omnium peccatorum, & gratiam iuſtificationis, tam inchoatæ, quàm augendæ, conſummatæque ſufficientiſſimè promeruit.

Omnium igitur, & totius Mundi Saluator eſt, quo ad comparatum meritum, & dignitatem pretij perſoluti: quia tamen non intendit ſaluare niſi qui veritatem audiunt, quando ſunt per baptiſmum regenerati, & intellectus compotes, & credunt veritati, & ſimul obediētiam ſibi pollicentur & præſtant: & Deus pater alia intentione precium illud non acceptauit: hinc vocatur (quo ad effectum, & exequutionē) ſaluator maximè fidelium 1.Tim.4.v. v. 10: & auctor ſalutis omnibus obtemperantibus ſibi Heb.5.v.9.

Idcirco qui poſt acceptum regenerationis Sacramentum habita ætate, ac temporis facultate, & credunt in Chriſtum ſicut dicit atque exigit ſcriptura Io 7.v. 38: & ex fide viuunt, Rom 1.v.17.Gal.3. v.11.Heb. 10.v.38.vt par eſt; illi ſeipſos ſaluant: ſicuti & alios identidem; qui licitis modis & medijs in conſequenda ſalute vel inchoata vel conſummata eos adiuuant, quatenus ſe vel alios ad ſalutem

per Chriſtum, vnicumq Saluatorem, conſequendam, diſponunt & dirigunt ſecundum reuelatam Dei voluntatem. Qui autem ſe vel alios, iſtiuſmodi ſenſu, ſecundum teſtimonium S. ſcripturæ ſaluant, vel ſaluos faciunt; quidni ſimili ſenſu ſaluatores quoque vocari & cenſeri poſſint ſui vel aliorum: non tamen contra vel extra, ſed per Chriſtum, ſolum alioquin, & realem ac verum ſaluatorem omnium? Si ſaluatores vocati ſunt in veteri Teſtamento per quos Deus temporaliter ſaluauit populum ſuum, licet ipſe ſolus, & vnicus alioquin eſſet ſaluator: quid vetat ſaluatores etiam vocari in ſpiritualibus, & animæ ſalute illos, per quos Deus ſalutem à Chriſto vnico, vero, & reali ſaluatore promeritam & comparatam per ordinaria media effectiuè atq; executiuè, ſecundum ſuum beneplacitum, ſuo modo & ſenſu operatur? Si autem mortales & peccatores, quur non etiam & multo magis immortales & beati; & omnium maximè Mater Saluatoris; quæ ſuis precibus ſalutem noſtram apud Deum, plusquam vllus Sanctorum, per & apud Filium commendare & promouere poteſt?

Obſeruatio.

ERrant igitur, & blaſphemant grauiſſimè, qui Chriſtum non pro ſalute omnium, ſed tantum electorum, ſanguinem ſuum fudiſſe, & precium redemptionis atq; ſalutis perſoluiſſe aſſerunt: cum ſcriptura diſertè ſatis, & expreſſè teſtatur, illum pro omnibus mortuum, & ſaluatorem eſſe non electorum, aut quorundam tantum, ſed totius mundi, & omni-

& omnium hominum, quo ad meritum vidilicet & precij ſufficientiam: nec non Agnum eſſe Dei, qui tollit peccata mundi, non aliquorum duntaxat.

Errant ſimiliter qui ita Chriſtum pro omnibus mortuũ, & ſatisfeciſſe, ſalutemq́; promeruiße vniuerſis affirmant, quaſi in cruce non meritoriè tantum, ſed etiam reipſa efficaciter abſq; exceptione, omnibus & remiſsionẽ & ſalutem comparauerit; vt ſine vlla vel præparatione, diſpoſitione, vel cooperatione, actu à peccatis ibidem ſint loti, & opere atq; reipſa ſaluati homines ad vnũ omnes: hoc enim nec fieri poteſt; quia nemo poteſt vel redẽptus, vel mundatus, vel ſaluatus cenſeri, priusquam eſt in rerũ natura vel in hunc mundũ genitus fuerit: quomodo enim redimitur, qui nunquã venditus vel captiuus, imo ne quidem in rerum natura fuit? quomodo mundatus à peccatis, qui nunquam vlli nec originali nec actuali peccato fuit inquinatus, quia necdum natus? quomodo ſaluus in anima & corpore, qui nunquam nec animam nec corpus habuit? Non inquam fieri poteſt, vt actu & effectiuè ſeu reipſa omnes, quotquot non ſolùm tunc erant, ſed etiam poſteris temporibus, ad finem vſq; mundi futuri ſunt homines, ſint redempti, mũdati, ſaluati: & ipſamet fides noſtra, & ſacra ſcriptura aperte reclamat; quæ teſtatur, in cruce quidem omnibus Adæ poſteris redemptionem & ſalutem promeritam à Chriſto ſufficientiſsimè; ſed hac tamen lege promiſſam & communicandam eſſe actualem par-

lem participationē promeritæ ſalutis, ſi & ex Deo prius naſcantur, & habita ætatis & rationis facultate, ſide non ficta, & charitate filiali, Deo debitam, plenamq; in omnibus, ad finem vſq; vitæ præſtent obedientiam, & Chriſti veſtigia, tam in vitæ innocētia atq; integritate, quā in vera & conſtanti patientia, fideliter, perſeueranterq; inſequantur. Io. 1. v. 15. 1. Tim. 1. v. 5. Math. 10. v. 22. Math. 28. v. 20. Heb. 5. v. 9. & 10. v. 36. 1. Pet. 2. v. 21. 1. Io. 2. v. 6.

EPILOGVS.

E*X hac Biblica, & clariſſima demonſtratione cuiuis, qui non planè cæcus, rudis, ac ſtupidus, aut porrò emotæ, vel peruerſæ, faſcinatiuæ mentis fuerit, clariſſimè ad oculum patere poteſt, & patet vtique, nequaquam peccaſſe aut peccare Eccleſiam, quæ ſubinde, tùm aliâs, tùm in officio cultuq; potiſſimùm Eccleſiaſtico, quædam ſanctis, maximè beatis, per accommodationem (pio ſenſu, & limitata ſecundum fidei analogiam intentione) tribuit; quæ alioquin propriè, & directè, ſeu ſimpliciter Deo duntaxat vel Chriſto ſoli competunt, & tribui poſſunt ac debent. Vt enim docetur & ducitur ſemper Spiritu Sancto Eccleſia Chriſti: ita & licitè ſequuta eſt atque innitata phraſim, & linguam, eiuſdem Spiritus Sancti, in Scriptura Sacra vtriuſque Teſtamenti expreſſam.*

Non

Non eſt igitur quod infirmiores in fide, aut ſciolos quoſdam, vel etiam curioſos, ne dicam ſuperſtitioſos Catholicos, (ſi tamen tales ſunt, vt haberi volunt) quicquam offendat vel ſcandalizet in officijs Eccleſiaſticis, aut doctrinalibus, ſeu dogmaticis Orthodoxorum Patrum Scriptis: ſicuti quædam hominibus vel mortalibus adhuc, vel in cælo beatis tribui videant vel audiant per accommodationem, ſecundum phraſim & linguam Sacræ Scripturæ, quæ alioquin, proprio ſenſu et abſolutè, ſoli DEO, vel Filio eius IESV CHRISTO competere, nemo ſanæ mentis dubitare poteſt.

Nec habent etiam Hæretici vel Sciſmatici propterea, quod iure meritoq; , vel in Eccleſia, vel Orthodoxis, atque ab Eccleſia approbatis Patribus, iniquius arrodiant, vel acerbius criminentur, nedum blaſphemiæ, vel idololatriæ iniuſtiſſimè condemnent: aut pro defenſione, vel excuſatione ſuæ apoſtaſiæ, atque ab Eccleſia & Religione Catholica defectionis prætexant: ſi tantùm & S. Scripturæ loquendi modum ac conſuetudinem, vt par eſt, obſeruare, et mentem atque intentionem Eccleſiæ ac Sanctorum Patrum, attendere atque intelligere, ductumque charitatis, (quæ non facilè cogitat malum, ſed omnia, quoad fieri poteſt, in meliorem partem interpretatur potius) vti frugi et ingenuos Chriſtianos decet, ſequi volent, magis quam ſpiri-

ſpiritibus mendacij, aut malignis hominum corruptorũ iudicijs fidem adhibere. Si quilibet, vt habet prouerbium, vt ius etiam atq; iuſtitia dictat, ſuorum interpres eſt verborum certiſsimus: ecquur non licebit Eccleſiæ eiuſq; orthodoxis Patribus, & phraſim ſcripturæ ſacræ imitari & ſecundum illius intellectum atq; analogiam, vel dogmatica ſua, vel preces, collectas, hymnosq́;, & alia officia, ſeu ſcripta ſua formare, diſponere, atq; etiam interpretare?

Examinentur, conferantur & ponderentur ſano, maturoq; iudicio ſcripturæ ſacræ, hactenus hinc inde adducta, & allegata, atq; veluti in tabula, ob oculos poſita teſtimonia; & non ſolùm veri & ſinceri Catholici ad vnum omnes, qui rectè ſapiunt; ſed etiam ipſimet aduerſarij, ſi non palam ſaltem in conſcientijs ſuis, velint nolint fateri cogentur, meram fieri, & maximam, atq; indigniſsimam Eccleſiæ & Orthodoxis Patribus factam eſſe iniuriam, quando illi, vel iſtis, ob phraſes quasdem, & modum loquendi, in ſcriptura ſacra fundatiſsimum frequentiſsimumq́;, impiè hoſtiliterq́; affingitur, quod ea quæ Dei ſolius, & Mediatoris noſtri Chriſti Ieſu propria ſunt, propriè, pariq; ſenſu vel hominibus in terris, vel ſanctis in cælo, vel vllis etiam creaturis attribuant; quùm nihil minus vel cogitarint, vel cogitent vnquam.

Maneant igitur, & perſeuerent in Eccleſia catholica Romana, nec vllo pacto ab illa ſe alienari, vel auelli etiam patiantur ingenui catholici; ſciẽtes, & nunquam dubitantes illam eſſe, & manere, & ſuiſ-

& fuiſſe ſemper columnam & firmamentum veritatis, ideoque nec erraſſe vnquam, nec errare in fide poſſe: & qui ſe hoc, vel alio prætextu incautos ab illa ſeduci paßi ſunt; ſi ſapere, & ſalui eſſe velint; ſeriò, & quam citißimè ad illam reuerti non erubeſcant, neq; cunctentur diutius.

FINIS.

INDEX
PRIMÆ PARTIS
DEMONSTRATIONIS
BIPARTITAE.

CAP. I. *Solus Deus eſt. Etiam alÿ, & alia ſunt, præter Deum.* pag. 1.

II. *Deus trinus in perſonis, & vnus eſſentia, ſolus eſt Deus. Etiam alÿ vocantur Dÿ.* 3

III. *Deus ſolus eſt Dominus, Etiam homines vacantur Domini.* 9

IV. *Solus Deus eſt Pater noſter, atque ita nuncupatus. Etiam homines ſunt Patres, atque ita licitè nuncupantur.* 2

V. *Deus ſolus eſt bonus. Etiam aliis tribuitur bonitas.* 15

VI. *Deus ſolus ſanctus. Etiam alÿs tribuitur ſanctitas.* 17

VII. *Deus ſolus fortis. Etiam alÿs fortitudo tribuitur.* 19

VIII. *Deus ſolus eſt iuſtus. Etiam alÿ verè & realiter ſunt iuſti.* 20

IX. *Solus Deus pius eſt. Etiam homines ſunt pÿ.* 25

Deus

X. Deus ſolus beatus. Etiam homines ſunt beati. 27
XI. Deus ſolus potens. Etiam homines ſunt potentes. 29
XII. Deus ſolus immortalis. Etiam aliÿs tribuitur immortalitas. 30
XIII. Deus ſolus ſapiens. Etiam aliÿs ſapientia tribuitur. 31
XIV. Solus Deus miſerator & miſericors. Etiam aliÿ ſunt miſericordes. 33
XV. Deus ſolus clemens. Etiam aliÿs tribuitur clementia. 34
XVI. Solus Deus eſt Saluator. Etiam aliÿ ſunt Saluatores. 36
XVII. Solus Deus nouit quæ futura ſunt. Etiam aliÿ nouerunt quæ futura ſunt. 38
XVIII. Solus Deus nouit corda, & cogitationes hominum. Etiam aliÿ nouerunt corda, & cogitationes hominum. 40
XIX. Solus Deus operatur mirabilia. Etiam homines operati ſunt, & operantur mirabilia. 47
XX. Solus Deus miſeretur. Etiam homines miſerentur. 51
XXI. Solus Deus dat gratiam. Etiam homines dant gratiam. 54
XXII. Solus Deus præparat corda noſtra ad gratiam iuſtificantem. Homines etiam præparant corda ſua, & aliorum. 57
XXIII. Solus Deus nos conuertit. Etiam homines conuertunt ſe, & alios. 59
XXIV. Solus Deus hominem viuificat. Etiam homo ſeipſum viuificat. 63

Solus

XXV. *Solus Deus iuſtificat, ſeu iuſtus facit. Homines etiam ſeipſos iuſtificant, ſeu iuſtos faciunt.* 66

XXVI. *Solus Deus ſanctificat nos. Etiam homines ſe, & alios ſanctificant* 68

XXVII. *Solus Deus mundat & purificat corda noſtra. Etiam homines ipſimet mundant, & purificant corda ſua.* 70

XXVIII. *Solus Deus delet peccata. Etiam homines delent peccata.* 72

XXIX. *Solus Deus dimittit peccata. Etiam homines dimittunt peccata.* 73

XXX. *Solus Deus lauat peccata: Etiam homines lauant peccata ſua.* ibid.

XXXI. *Solus Deus tegit & operit peccata noſtra. Etiam homines ſua aliorumq; peccata tegunt & operiunt.* 75

XXXII. *Solus Deus nos illuminat. Etiam homines alios illuminant.* 78

XXXIII. *Solus Deus dat cor nouum. Etiam homo ipſemet facit ſibi cor nouum.* 89

XXXIV. *Solus Deus dilatat cor noſtrum. Homo quoque ipſemet dilatat cor ſuum.* 81

XXXV. *Solus Deus dirigit greſſus noſtros, in via iuſtitiæ & ſalutis. Etiam homo ipſemet greſſus ſuos dirigit.* 82

XXXVI. *Solus Deus operatur bona, & meritoria opera in nobis. Homo ipſemet quoque operatur bona, & meritoria opera.* 84

XXXVII. *Deus ſolus inclinat aures, & cor noſtrum in præcepta ſua. Etiam homines ipſimet aures ſuas, & cor inclinant ad Verbum, & præceptum Dei.* 89

Deus

XXXVIII. *Deus ſolus liberat homines. Homines ipſimet-quoque liberant tam ſe quam alios.* 91
XXXIX. *Deus ſolus ſaluat. Etiam homines ſaluant tam ſe quam alios.* 95
XXXX. *Deus ſolus Rex noſter. Etiam homines ſunt Reges.* 96
XXXXI. *Deus ſolus Iudex noſter. Etiam homines ſunt, & dicuntur Iudices.* 98
XXXXII. *Solus Deus legifer, ſeu legislator. Etiam alij ſunt legislatores, ſeu legum conditores.* 99
XXXXIII. *Solus Deus adorandus. Etiam alij licitè adorari poſſunt.* 100
XXXXIV. *Soli Deo honor & gloria. Etiam alijs honor & gloria deferri poteſt.* 115
XXXXV. *Solus Deus laudandus. Etiam alij laudari poſſunt & debent.* 120
XXXXVI. *Deus ſolus inuocandus. Etiam alij inuocari licitè, & vtiliter poſſunt.* 122
XXXXVII. *Solus Deus per ſeipſum, aut nomen ſanctum ſuum, & Filij eius Ieſu Chriſti, inuocari debet. Deus etiam per commemorationem, merita, & preces aliorum, licitè, & vtiliter inuocari poteſt.* 130
XXXXVIII. *Deo ſoli credendum. Etiam alijs credi poteſt, & debet.* 142
XXXXIX. *Deo ſoli ſeruiendum. Etiam hominibus ſeruiendum.* 147
L. *Solus Deus timeri debet. Etiam homines timere oportet.* 154

LI. *In ſolo Deo ſperandum, & confidendum. Etiam in alijs ſperare, & confidere licet.* 158

INDEX SECVNDÆ PARTIS.

CAP. I. CHriſtus eſt vnigenitus, & vnicus Dei Filius. Etiam alij vocantur, & ſunt Filij Dei. pag. 165

II. *Chriſtus eſt Dominus. Etiam alij ſunt, & vocantur Domini.* 168

III. *Chriſtus eſt Doctor noſter. Etiam alij ſunt Doctores.* 172

IV. *Chriſtus eſt Magiſter noſter. Etiam alij ſunt Magiſtri.* 174

V. *Chriſtus eſt Epiſcopus noſter. Etiam alij ſunt, & vocantur Epiſcopi.* 176

VI. *Chriſtus eſt Paſtor noſter. Etiam alij ſunt Paſtores.* 177

VII. *Chriſtus ſolus & vnus eſt ſummus Paſtor Eccleſiæ ſuæ. S. Petrus in ſe, & ſuis ſucceſſoribus quoque eſt vnus & ſummus Paſtor Eccleſiæ.* 179

VIII. *Chriſtus ſolus & vnus eſt Sacerdos noui Teſtamenti. Etiam alij ſunt, & vocantur Sacerdotes Noui Teſtamenti.* 183

IX. *Chriſtus ſolus & vnicus eſt Mediator noſter. Etiam alij vocantur, & eſſe poſſunt Mediatores.* 192

X. *Chriſtus eſt Aduocatus noſter apud Deum. Etiam alij eſſe poſſunt, & ſunt Aduocati apud Deum.* 195

XI. Chri-

XI. *Chriſtus Rex noſter. Etiam alij ſunt & vocantur Reges in nouo Teſtamento.* 201

XII. *Chriſtus fuit plenus gratia. Etiam alij fuerunt pleni gratia.* 204

XIII. *Chriſtus eſt propitiatio, & recõciliatio noſtra apud Deũ Patrẽ. Etiã alijs tribuitur reconciliare & placare Deũ atq; auertere irã eiꝰ.* 205

XIV. *Chriſtus eſt ſanctificatio noſtra. Homines etiam ſeipſos ſanctificare, & ſanctificatio Dei fieri debent & poſſunt.* 207

XV. *Chriſtus eſt iuſtitia noſtra. Homo etiam ipſemet fit iuſtitia Dei.* 210

XVI. *Chriſtus nos verè & internè, (non imputatiuè tantùm) iuſtificat tam effectiuè, quam meritoriè. Homo quoque ſeipſum iuſtificat, ſeu iuſtum facit.* 214

XVII. *Chriſtus plenariè, & ſufficientiſſimè, nos per mortem Patri conciliauit. Et homines nihilominus debent ſe Deo reconciliare.* 224

XVIII. *Chriſtus nos emit, & redemit pretio ſanguinis ſui. Homo etiam emit & lucratur, tam ſe, quam alios: imo & ipſummet Chriſtum lucrifacere poteſt, & debet.* 228

XIX. *Chriſtus ſemel tantum ſeſe in cruce obtulit, & vnica illa cruenta oblatione, omnia conſummauit, & promeritus eſt omnia, quæ humano generi ſunt ad ſalutem neceſſaria. Chriſtus ſe quotidie offert, tum in cælis, perſonaliter & viſibiliter: tùm in terris per Sacerdotes noui Teſtamenti perſonaliter quidem, ſed Sacramentaliter & inuiſibiliter.* 233

XX. *Chriſtus per mortem ſuam, & ſanguinis effuſionem, meruit humano generi, non imputatitiam, ſed veram, realem, & totalem remiſſionem peccatorum. Homines etiam ſibi, & aliis, remiſſionem peccatorum à Chriſto promeritam, aliquo modo promereri poſſunt, ac debent.* 249

XXI. *Chriſtus vt in Cruce omnium hominum peccata meritoriè: ita per Sacramenta, ad hoc diſpoſitorum effectiuè purgat & tollit peccata vniuerſa. Etiam homines ipſimet lauare, mundare & purificare poſſunt & debent ſeipſos, & corda ſua à peccatis.* 257

XXII. *Chriſtus remittit, & ſoluit peccata noſtra. Etiam homines remittunt, & ſoluunt peccata.* 263

XXIII. *Chriſtus ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum. Homo etiam ipſemet ſeſe à peccatis ſaluum facit.* 265

XXIV. *Chriſtus viuificat peccatores. Homines ſeipſos quoque viuificant.* 266

XXV. *Chriſtus dat Spiritum ſanctum. Etiam homines dant Spiritum ſanctum.* 267

XXVI. *Chriſtus nobis dat panem cæleſtem. Sacerdotes noui Teſtamenti etiam dant panem cœleſtem.* 270

XXVII. *Chriſtus eſt lux Mundi. Etiam alij ſunt lux Mundi.* 271

XXVIII. *Chriſtus illuminat. Etiam alij illuminant.* 272

XXIX. *Chriſtus eſt lapis viuus. Etiam alij vocantur*

333

cantur lapides viui. 274
XXX. Chriſtus eſt petra. Etiam Simon Petrus petra vocatur. 275
XXXI. Chriſtus eſt fundamentum Eccleſiæ. Etiam Apoſtoli ſunt fundamenta Eccleſiæ. 280
XXXII. Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ. Etiam alij vocantur Capita. 281
XXXIII. Chriſtus eſt ſpes noſtra. Etiam alij ſpes noſtræ eſſe, & vocari poſſunt. 285
XXXIV. Chriſtus dat vitam, & viuificat. Etiam homines dant vitam, & viuificant. 288
XXXV. Chriſtus eſt oſtium & porta ad ſalutem, patriamque cæleſtem. Etiam alij ſunt oſtia & portæ ad ſalutem patriamqúe cæleſtem. 291
XXXVI. Chriſtus ſalutem noſtram operatus eſt, & operatur. Etiam homines ſalutem ſuam operari debent. 294
XXXVII. Chriſtus nos ſaluat. Etiam homines tam ſe, quàm alios ſaluare dicuntur. 297
XXXVIII. Chriſtus nobis vitam æternam promeruit, & locum in cælo parauit. Homines etiam ipſimet ſibi regnum cœlorum comparare, & vitam æternam, vt mercedem, brauium, & coronam gloriæ promereri debent. 302
XXXIX. Chriſtus eſt Saluator noſter, adeoque totius Mundi. Etiam alij vocantur Saluatores, tam ſui, quam aliorum. 319

FINIS INDICIS.

Erra-

Errata, quæ irrepſerunt ſic corrigantur.

Pagina 4. linea 28. adeò vnus p. 10. l. 23. Serues l. 27. quem p. 11. l. 6. creaturarum. p. 31. l. 27. diliget p. 51. l. penult. Miſerere p. 55. l. 3. gratiæ p. 69. l. penult. ſcimus quoniam p. 70. l. 14. perficiendo p. 76. l. 6. lotus l. 7. lauet. l. 20 tegere p. 79. l. 11. col. 1. ſoluit compeditos p. 83. l. 8. dirige l. 16. col. 1. ſuos. p. 88. l. 10. inſinuans p. 90. l. 30. per omnia p. 93. l. 11. aridè p. 98. l. penult. Iudices p. 111. l. 27. adorare p. 121. l. 2. col. 1. Heb. 13. v. 15. l. 29. quando nemo p. 122. l. 12. quia nihil l. 23. ter ſanctiſſimam & laudatiſſimam Virginem Mariam 5 p. 124. lin. vlt. Ozias p. 127. l. 19. manifeſtem p. 129. l. 12. præ omnibus p 132. l. 15. v. 17. p. 135 l. 23. tui p. 138. l. 5. in veteri. p. 150. l. 8. pateſcit. l. 21. vllis p. 158. l. 5. col. 1. ſolo. p. 167. l. 24. Dei p. 173. l. 29. col. 2. cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt: p. 175 l. 11. in Iſraël. 19. cum deberetis p. 180. l. 23. auctorem p. 182. l. 5. iam tamen p. 184. l. 19. præcurſor p. 185. l. 3. col. 2. Ap. 20. v. 6. p. 187. l. 4. offert. p. 191. l. 8. cum tamen p. 194 l. 17. quem p. 203. l. 18. regnabunt p. 206. l. 10. col. 1. charitas l. 29. Iacob p. 208. l. 19. perficientes p. 221. l. 16. nec non p. 223 l. 10 vnicuique p. 225. l. penult Ier. 36. v. 3. p. 226. l. 2. iniquitati p. 233. l. 2. interpretanda p. 243. l. 9. offerunt. l. 20. Teſtamento p. 244. l. 21. vices. 245. l. 8. Epiſcopi. l. 15. exercent? l. 19. euertant l. 22. tranſcribunt l. 28. ſed ipſiuſmet Chriſti. l. vlt. fundat p. 248. l. 3. nonne nouum p. 255. l. 6. quo ad l. 27. allegatis conſtat. p. 264. l. 10. quid. p. 268. l. 25. ita vt non poſſent p. 269. l. 32. ordinis: p. 272. l. 16. habebit? l. 22. 2. Cor. 6. v. 14. p. 271. l. 2. poſſunt? l. 24. aperire. p. 273. l. 6. per peccatum l. 25. imputari: p. 276. l. 16. ſecuti p. 277. v. 20. cuius l. 28. ſumuntur: p. 313 l. 21: venio p. 314. l. 3. hoc eſt, omnibus l. 27. communia p. 316. l. 8. mereantur l. 32. mercedem. 33. vincendo.